Książnica Beskidzka
Bielsko-Biała

# Digitalizacja 2009

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

Ministerstwo Kultury i Dziedzictwa Narodowego

# RUDIMENTA HISTORICA.

## OPUSCULUM IV.

De Regnis, aliíſque Orbis Provinciis.

# RUDIMENTA HISTORICA,

*Sive*

Brevis, facilísque Metho-dus Juventutem Orthodoxam no-titiâ Hiſtoricâ imbuendi,

Pro Gymnaſiis Societatis JESU In Provincia Bohemiæ.

*Authore*

Ejusdem Societatis Sacerdote.

## OPUSCULUM IV.

De Regnis, aliísque Ortho[doxis] Provinciis.

Pragæ, Typis Univerſitatis Carolo-Ferdinandæi
S. J. ad S. Clementem, Annô 1738.

# PRÆFATIO

## Ad Benevolum Lectorem.

Opuſculum hoc, Catho-
licæ potiſſimùm Ju-
ventutis, in Societatis
træ Gymnaſiis inſtituendæ,
bus deſtinatum eò collineat,
tenera hæc ætas brevi, captú-
e haud admodum difficili de
riis Regnis, & Orbis Regioni-
s notitiâ jam nunc imbuatur.
quum porrò videbatur, ut Ger-
nica juventus de ſuamet Pa-
a aliquantò pleniorem erudi-
nem hauriret, quàm de exte-
um hiſtoriis. Ea cauſa eſt,
de Germanorum regno non-
il fuſiùs agatur. Benevolus
ctor amicè convenitur, utì
miniſſe iterum non gravetur,

etiam hoc quartum Opuſculum
æquè ac priora, non niſì Ru
mentum eſſe, & experimentum
quo demum faciliore modo no
ſtra Catholica Juventus citra d
ſpendium conſueti laboris ſcho
laſtici ad hiſtoriarum cognition
deduci poſſit. Quid verò in hi
ſtorico hoc noſtro Tyrocinio
mendandum ſit, magíſq; eliman
dum, experientia ipſa, & exerci
tatio docebit. Quocirca ſi cu
quidpiam de præcipuis maxim
familiis prætermiſſum videatur
veniam dabit: neque enim hæ
Rudimenta Hiſtorica viris ſcrib
mus, ſed Scholarum noſtrarum
tyronibus, qui nimia rerum m
le non erant obruendi; præſerti
quòd aliqua, quæ deeſſe vide
tur, alibi recurrant.

# Diſtributio Opuſculi.

## PARS I.

*De Germania.*

### CAPUT I.

*De veteri Germania ſive Teutonia.*

1. De ſitu veteris Germaniæ, & primariis ejusdem partibus.
2. De moribus, & ritibus veterum Germanorum.
3. Synopſis de priſcis Teutonum actis.

### CAPUT II.

*De hodierna Germania.*

1. De præcipuis Germaniæ ævo noſtro partibus.
2. De Religione, & Politia Germaniæ.

### CAPUT III.

*Germanis, quà ſacris, quà profanis Principibus.*

1. De tribus Electoribus Eccleſiaſticis.
2. De regno, & ſimul Electoratu Bohem.
3. De Electoratu Boico, & Palatino.

§. 4. De Electoratu Saxonico, Brandenbur-
gico, & Brunſwicenſi.
§. 5. De Auſtria. Styria, Carinthia, Carnio-
lia, & Tiroli.
§. 6. De Imperii Principibus Eccleſiaſticis.
§. 7. De Imperii Principibus ſecularibus.

## PARS II.

*De aliis Europæ regnis.*

### CAPUT I.

*De Catholicis Europæ regnis.*

§. 1. De Portugallia, ſive Luſitania.
§. 2. De Hiſpania.
§. 3. De Gallia.
§. 4. De Italia, & ejus partibus.
§. 5. De Hungaria.
§. 6. De Polonia.

### CAPUT II.

*De cæteris Europæ regnis.*

§. 1. De Anglia.
§. 2. De Pruſſia.
§. 3. De Dania.
§. 4. De Suecia.
§ 5. De Ruſſia, ſive Moſcovia.
§. 6. De Turcia Europæa.

# PARS III.

*De Europæ Rebuspublicis.*

1. De Veneta.
2. De Genuenſi.
3. De Helveta.
4. De Hollandica.
5. De Lucana, S. Marini, & Raguſana.

# PARS IV.

*De regnis extra Europam.*

## CAPUT I.

*De Aſiæ regnis.*

1. De Turcia Aſiatica.
2. De Perſia.
3. De India.
4. De Tartaria.
5. De China.
6. De Japonia.

## CAPUT II.

*De Africanis, & Americanis regnis.*

1. De regnis Africæ.
2. De regnis Americæ.

# PARS I.

*De Germaniæ Provinciis.*

In prima hac parte agemus primò de veteri, dein etiam de hodierna Germania generatim, ac demum ſpeciatim de præcipuis Germaniæ ſtatibus.

## CAPUT I.

*De veteri Germania.*

### §. I.

### De ſitu veteris Germaniæ, ejúsque partibus potioribus.

1. *Quæ veteris erat Germaniæ facies?*

Quantum quidem ex Hiſtoriographis compertum eſt, erat olim Germania regio ampliſſima; ſed hinc ſylvis vaſtiſſimis, illinc locis paluſtribus, alibi aſperis montium jugis impedita. Neque ab horrido, & inculto terræ ingenio abludebant incolarum mores.

2. *Q*

2. *Quæ antiquorum Teutonum origo?*

De hac certi nihil ferè conſtat, idoneorum iorum defectu. Quippe veteres Germa- populi de literis parùm, aut nihil ſoliciti, il admodum ad poſterorum memoriam pto reliquerunt. Cæterùm Tuiſconem & ntem & Noëmi filium poſt diluvium in as has immigrâſſe inter fabulas haud imme- numeratur. Propior veritati eſt illorum inio, qui Teutones primos ex Scythia, Da-, Pannonia profectos fuiſſe perhibent ex abili conjectura, quâ exiſtimant poſt ylonicam linguarum confuſionem popu- in diverſa abiiſſe non è veſtigio, & cater- im, ſed ſenſim pro temporum viciſſitudi-, & populi magìs in dies magisque auge- ntis multitudine novas quoquoverſum onias deduxiſſe.

3. *Quinam veteris Germaniæ limites?*

Hæc Danubio, Rheno, Oceano ſeptentri-li, & Viſtulâ flumine concluſa, in quatuor onias multò frequentiſſimas dividebatur, ibus Ingævones magnum illum terrarum tum, qui hodie tria Regna Borealia Dani- Norwegiam, & Sueciam complectitur, luere. Iſtævones verò Rheni incolæ Fri-a, Grœningam, Weſtphaliam; Vandali

verò Pomeraniam, Saxoniam inferiorem, Marchiam Brandeburgicam, & hodiernæ Poloniæ partem obtinebant. Hermiones denique dimidium ferè harum Regionum poſſidebant per Saxoniam ſuperiorem, Franconiam, Palatinatum, Bohemiam, Bavariam, Sueviam.

4. *Quibus limitibus Noricum, Vindelicia & Rhætia terminabatur?*

Noricum, à Romanis ità cognominatum, complectebatur dimidiam Boicæ terræ partem trans Oenum, Salisburgenſe nempe territorium, Auſtriam, Styriam, Carinthiam. Vindelicia alteram Bojariæ partem conficiebat, à Danubio ad Alpes uſque pertingens, & lacum Podamicum. Rhætiæ pars erat Grifonia, Vallis Tellina, Tirolis, atque illa portio Italiæ, quæ illinc ad uſque Alpes excurrit.

5. *Quæ celebriores erant Germaniæ urbes Romanorum temporibus?*

Tametſi veteres Germani perpaucas numerârint urbes, in pagis plerumque commorari ſoliti; tamen vel ante Romanorum adventum fundatores fuerunt aliquot in Germania urbium. Has inter præcipuæ ſunt Treviris urbs Europæ antiquiſſima, Colonia, Auguſta Vindelicorum, Solodorum &c. Hæ ſubin à Romanis ampliatæ, & exornatæ alia nomina acceperunt.

erunt. Sic Auguſta in honorem Cæſaris Auguſti Auguſta Vindelicorum, Treviris Auguſta Trevirorum, & Auguſta Rauracorum, inter Baſileam, & Rhenofeldam pridem diruta, eſt cognominata. Cæterùm Colonia hodiedum obtinet nomen ab Agrippina Neronis Matre, quæ hîc loci nata traditur, vel certè ab Agrippa (ùt alii perhibent) Patre ejusdem, forti defenſore, & amico veterum Ubiorum. Atque indè urbi alterum cognomen, quo Colonia Ubiorum dicitur.

6. *Quæ aliæ inſuper veteris Germaniæ urbes?*

Juvavia, quaſi urbs adjutorii, hodie Salisburgum à Romanis ad defendendam circumcirca regionem exædificata erat. Moguntiacum, ſeu Moguntiam condidiſſe fertur Druſus, Romani exercitûs Ductor, Auguſti Privignus. Extant ibidem in monte Jacobeo hodiéque rudera tumuli honorarii, ex ſolido ſaxo in Druſi honorem excitati. Argentina ſive Argentoratum, olim Triboccum, Wormatia Borbetomagus & Auguſta Vangionum, Spira Nemetes, & Noviomagum: Vienna Auſtriæ, Vindobona, Juliobona, vel Flaviana: Ratisbona ad Cæſaris Tiberii gloriam poſthumam Auguſta Tiberia eſt appellata.

7. Qui-

## 7. *Quibus nominibus vocabantur veteres Germani?*

A Romanis dicebantur Germani, idque, ut nonnulli exiſtimant, ob fraternam in pace & bello unitatem, & animorum conjunctionem. Ipſimet ſeſe nominabant *Teutonas*; quam nomenclaturam ex aliquorum ſententia ſibi adſcivêre à vetuſtiſſimo ethymo Germanico *Theut.* Sonat hoc ipſum *DEUM*, quo adeò nomine inſinuare volebant, ſe à DEO (ipſis Theut dicto) originem trahere. Sed & propter virilem prorſus fortitudinem, & animoſitatem Alemanni, perinde ac *omnes Viri* gloriosè nominabantur; quanquam id nominis etiam Suevis ſeparatim tribuatur. Alia porro nomina certis quibusdam Germaniæ nationibus à Romanis indita, cognoſci poterunt ex veterum Geographorum monumentis.

## 8. *Unde erui poſſunt veterum Germanorum acta?*

Cùm veteres Germani intermiſerint gentis ſuæ hiſtoriam conſcribere, neceſſe erit eandem ab exteris ſcriptoribus petere. Ex eo genere ſunt Julius Cæſar, Livius, Suetonius, Tacitus, pluréſque alii. Hi de Germanis ea ſcripsêre, quæ vel propriâ experientiâ hauſerant, vel bona fide aliunde acceperant. Id eveni-

venire antè non potuit, quàm Romani cum Teutonibus commiſcerentur. Singularis ex- at liber à Tacito conſcriptus, quo toto tra- tur de moribus Teutonum. Atque ex hoc tiſſimùm excerptus eſt proximus paragra- hus.

## §. II.

## De moribus, & ritibus veterum Germanorum.

1. *Quî ſe habebat Religio apud veteres Germanos?*

Erant hi idololatræ, atque ea potiſſimùm, æ ſub omnium aſpectum cadunt, divinis noribus proſequebantur, puta, Solem, Lu- am, cæteróſque planetas cum lucido ignis emento. Neque tamen his Diis ſuis fana ruebant, rati, nequaquam conveniens eſſe, gna Numina ædificiorum anguſtiis velle cludere. Itaque iisdem dicabant vaſtas & pacas ſilvas & ſaltus, quos eapropter ſingu- ri colebant induſtria, immolatis ibidem hu- anis nonnunquam victimis. Aliqui eorum ebant vel ipſi cacodæmoni, qui ab ipſis warte vel Tyvel, â vetuſtiſſimis autem La- tinis Tybelinus vocabatur. Hic quidem cul- tus eò tendebat, ut nè à Tyfelino mali quid terentur. Atque hæ ſuperſtitionis ethni-

cæ

cæ tenebræ durabant uſque ad annum Chriſti 580. quo magna pars ſuperioris Germaniæ & nominatim Bojaria Chriſtianæ fidei lumine fuit illuſtrata. Eadem beata ſors obtigit interiori Germaniæ operâ S. Bonifacii circa annum 720. ut ad Lutheri uſque tempora fidei veritas inconcuſſa perſtiterit.

## 2. *Quæ indoles, & mores erant veterum Germanorum?*

Erant animoſi, & bellicoſi, cui jam inde à pueritia innutriti, venandi ſtudio, & omne genus laboribus durabantur. Unde ipſis procera & robuſta corporis habitudo, par ferundis quibusvis arduis. Libertatis ſupra ipſam vitam fuerunt amantiſſimi, cujus conſervandæ causâ nullum vitæ periculum reformidabant. Et quamvìs extima eorum facies, & geſtus minax, & truculentus videretur, tamen inſignem animi candorem, ab omni fraude, & perfidia alienum, circumferebant. Cæterùm quàm rudes omnium ſcientiarum erant, tam peritè & præcipuè tractabant luſum alearum impendio, & damno non ſemel omnium ſuorum facultatum, ut poſtremùm ſuasmet perſonas deponere, ac ludendo perdere non dubitarent. Porrò omne genus ſuperſtitionum & hariolationum mirè æſtimabant: amabant præterea cantilenas ſimplici rhythmo ligatas

d & ad flammantem pyram, hauſtum probatæ revisiæ, ubi conventus agere conſueverant, de potiſſimis negotiis conſultare, atque concludere.

## *Quæ forma fuit Reipublicæ, atque Regiminis apud priſcos Germanos?*

Tametſi ſat barbara vivendi ratio apud illis videretur, non defuit tamen ſuæ Reipublicæ certus ordo. Quippe diverſis Teutonum regionibus præerant ſui Reguli, ex flore nobilitatis electi. His tamen nullum jus fuit absque populi ſuffragio communi aliquid majoris momenti concludendi, & decernendi; ſed tantùm illis incumbebat, ut intellectâ omnium ſententiâ plebiſcitum fortiter & graviter exequerentur. Et verò ad hujusmodi publica gentis Comitia comparebat quisque non niſi armatus, & cuivis vel minimo jus competebat ſuam ſententiam proponendi. Sed & aliis Germaniæ populis Regũ vice fuerunt ex communitatis gremio denominati Duces, quos Reipublicæ Patres appellitabant. Ad id officii non niſi ſagaciſſimi & fortiſſimi quique eligebantur. Quem ergo ſors ad id dignitatis evexerat, belli tempore ducebat agmen, primus in fronte exercitûs, primus in aggreſſione hoſtium. Transfugæ perfidiam luebant ſuſpendiô: ſordes & abjecti nimiopere animi bellatores

res putri lacunâ ſubmergebantur. Delicta a- lia pro rei gravitate mulctabantur per exacti- nem pecorum nunc majorem, nunc mino- rem. Quippe argenteæ, vel aureæ Mon- uſus ante Romanorum adventum erat Ger- manis incognitus, quorum commercia ſolare- rum commutatio id temporis abſolvebat.

### 4. *Quem modum veteres Germani te- bant belli tempore?*

Aliqui Germaniæ populi, in primis Suevi, dividebant inter ſe, Germano ſanè cando- & fide, militiæ inſtantis onera. Alternis e- nim vicibus bellatum ibant, ità quidem, ut pars una expeditioni inſtaret, altera domi ſar- ta tecta conſervaret, non tantùm ſua, ſed bel- lantium foris, & abſentium. A primis adeò annis militiæ aſſuefiebant ex patrio inſtituto. Spectacula proin non alia dabat gens bellicoſa, quàm de bellis, quorum ſtudia ipſis in ſummo pretio. Cæterùm agmen ad quod alterno ordine expeditio bellica devolvebatur, ſecum abducebat & uxores, & proles, eo fine, ut ha- rum præſentia ad certamen fortiùs incitaret. Quin uxores ipſæ in arma ruebant, ubi uſus & neceſſitas poſcebat. Eadem de cauſa con- ſanguinei cæteri & neceſſarii amici inter- ſerebant ſeſe aciei, ut nimirum alacrior pu- gnandi animus adderetur, & unà omne gra- vi-

periculum à cognato ſanguine præverte-r. Exordium pugnæ fiebat quà cantando, incondito clamore. Pugnaturis arma e- præacuti mallei, ponderoſæ Machæræ, iores lanceæ, & arcus, ſeu catapulta. Ne- verò hujus armaturæ ſplendorem ullum ſtabant, ſed robur, & pondus ejusdem abant. Flagrante prælio ſtabant denſati, orpore, ità animo Germano, ruentes intre- in hoſtes, quibus ea propter plérumque unt in acie ſuperiores. Atque ea pug- di dexteritas vel ipſis Romanis anſam di- di dedit, ut, qui pugnando infelix vinci et, manus committeret cum Germanis.

## §. III.

## opſis de veterum Germanorum actis.

*Quas in partes hæc acta commodiſſimè poſſunt dividi?*

In ſex diſtribui poſſunt capita. 1. notanda unt acta Germanorum ante Julii Cæſaris pora. 2. Acta ſub eodem Julio Cæſare. Acta ſub Cæſare Auguſto. 4. Status Germa- ſub Ethnicis Imperatoribus. 5. Idem ſta- ſub Chriſtianis Imperatoribus à tempore nſtantini. M. uſque ad Carolum M. 6. acta Ger-

Germanorum à Caroli M. temporibus uſq; in hodiernum ſeculum.

2. *Quid ante Julii Cæſaris imperium Germania ſingulare eſt, & memoratu dignum?*

Ea quidem tempeſtate Germani ſecura pace beati, non temere ſe implicabant aliis bellis, ſed mapalibus ſuis contenti, vota non ultrà ferebant. Primi omnium, qui extra patriam ſuam moverunt, fuerunt Cimbri populus Aquilonaris, idque integro ante Christum natum ſæculo. Quippe cùm maris undantis æſtus illorum peninſulam, hodie Juttlandiam dictam, Daniæ partem, eluvione ſepelîſſet, compulſi ſunt loco cedere, & alias ſedes quærere. Quingenta proinde Cimbrorum patrio ſolo exceſſerunt, juncti ſuo cum Germanorum cæterorum copiis agmine infeſtum Romanorum exercitum non una clade multârunt. Cimbri adeò per Noricum ſive per Bojariam, Teutones ſocii verò per Galliam attentare viam in Italiam auſi ſunt, in felicioribus illis terris colonias formaturi.

3. *Quem exitum tenuit Germanorum expeditio in Gallia?*

Sanè funeſtum, cùm adverſo Marte pugnârint poſt priores clades Romanis illatas. C

...s Marius enim, Romanus Conſul, non ...ul Aquis Sextiis (Metropolis eſt Provin- ...Gallicæ) propè ad internecionem illos ce- ...it, cùm ducenta Germanorum millia deſi- ...rentur, octoginta autem millia captiva ...rentur. Unde factum, ut incolæ longo ...t tempore accumulatis cæſorum oſſibus ſua ...a ſepimenti locò incingerent, ſi Brietio ...dem credimus. In perenne tantæ victo- ...æ monumentum Marius ibi locorum tro- ...um ex ſecto lapide ſtatuit, cujus rudera a- ...ua ſupereſſe dicuntur. Perditâ dicto mo- ...victoriâ Germanæ fœminæ flagitârunt Ro- ...anos, uti Veſtalibus virginibus ad obſequia ...ansmitterentur. Sed repulſam paſſæ, unà ...nes poſt mactatas proles ſuas ſpontaneam ...met mortem ferro conſciſcere non dubitâ- ...ent.

4. *Qui progreſſus Cimbrorum in Italia fuerunt?*

Catulus quidem Romanus Ductor, ùt ma- ...è quærebat, illos compeſcere non valuit, ...ò minùs ſuperior evaſit; ut ipſius exer- ...s animo caderet, conſpectâ maximè auda- ...Cimbrorum. Nam ſcutis hi ſuis inſiden- ..., per altiſſima Alpium juga nivibus tecta, de- ... præcipiti lapſu non horrebant. Marius ...n ſuppetias approperavit, qui Cimbrorum

aciem ità disjecit, ut deinceps nemo unus ... rum conſpiceretur.

5. *Quæ ſors Germaniæ fuit ſub Julio Cæſare?*

Stabilitâ in Gallia ſede, quam in Roma Provinciam redegerat, paulò pòſt cum Ge manis res ipſi eſſe cœpit. Quippe Ariovi eorum Rex & belli ductor fœderatos cum Cæ ſare Heduos (Burgundos) valde infeſta contemptis omnibus, qui dehortabantur. It que Cæſar Arioviſtum, qui Rhenum traje rat, fortiter aggreſſus, eam Germanorum ſtr gem edidit, ut ingens ſpatium ad triginta p ſuum millia proſtratorum cadaveribus obte retur. In prælio hoc, quod prope Baſilea commiſſum eſſe creditur, ſtabant Germ more ſuo in arctos cuneos denſati, conjun ſupra capita clypeis tecti adversùs Roman rum ſaxeam grandinem, & miſſilia tela. Cù igitur Romani apud ità protectos loricæ in dum Germanos operam perderent; animo tandem conſilio in ſcutata capitum tegume ta inſiliêre, diſſolutiſque vi ſcutis deſuper ſt tes cladem inferebant, ubi dolus tamen & v tus utrinque ſuas partes ſtrenuè egerunt, c tè non incruentâ Romanis victoriâ, quæ qu quageſimo quinto anno ante Chriſti in te adventum contigit. Tertio pòſt anno Rh num ponte ſtravit Cæſar, ſubegítque pr

vos, deinde circa Colonienſem tractum ps Sicambros.

6. *Quæ conditio Germanorum ſub Cæſare Auguſto?*

Iulius Cæſar poſt omnes ex Germanis re- tas victorias, ſecuro necdum, fixóque ſuis loco conſiſtebat, quod tamen effe- dedit Auguſtus. Hic Druſum, privi- m ſuum, adversùs bellicoſos, & Ro- nis uſque infeſtos Germanos ſubornavit. verò expeditionis felicitas ea fuit, ut ad num inferiorem plerique Germani à Dru- bigerentur, exſtructis non uno loco mu- entis coërcendi. Porrò Teutones fœminæ præliis contra Druſum, intra curruum jun- um propugnacula conſtitutæ tam deſpe- o conſilio pugnabant, ut conſumptis telis ntas alliſu terræ proles in Romanorum fa- ejacularentur, ſtupentibus omnibus ſeu delitatem, ſeu animoſitatem.

7. *Quam urbem Druſus exædificavit in Germania?*

Moguntiam, ubi Mœnus Rheno jungitur. in & Auguſtam Vindelicorum annis ante iſti natalem quindecim expugnatam à Dru- & Romanorum coloniam factam fuiſſe per- nt. Bellum exinde contra Cattos, & Che-

 ruſcos,

ruſcos, inferioris Saxoniæ gentem, non in-
liciter geſſerat Druſus, cùm anno ætatis
ceſimo morte immatura præreptus eſt,
*manici* nomine ejusdem familiæ indito. Ti-
rius Druſi frater, poſtea Cæſar, imperium
litare contra Germanos ſuſcepit quidem,
nihil ſingulari dignum memoria geſſit;
multò minùs Marcus Lollius, Conſul R.
nus, qui ingenti clade à Germanis accep
Romam revertit inglorius.

## 8. *Quam porrò victoriam Arminius à Ger- manis reportavit?*

Auguſtus Quintilium Varum cum ex-
citu miſerat ad Germanos intrà officii lim
continendos; quos cùm homo ſuperbiſſim
& inexplebilis avaritiæ tractaret aſperri
Arminius jugum graviſſimum à ſuo ſuoru
que cervicibus dejecturus, cum delecta po
larium manu Romanos haud procul Mo
ſterio, Weſtphaliæ urbe, ad pugnam pro
cat, ſucceſſu tam proſpero, ut ad quin
ginta hoſtium milliain acie occubuerint.
clade accepta Varum indignatio, & pudo
perpulit, ut manus violentas ſibi ipſe in
rit. Cæſar verò Auguſtus eam jacturam
iniquo tulit animo, ut præ iræ vehem
impos animi caput parieti impingeret,
identidem verba ingeminans: *Quintili*

t mihi *meas legiones!* Arminio porro Ger- cæ libertatis aſſertori ob perpetuum rei monumentum ſtatuam poſuêre Teuto- cui tunc quidem non niſi profanos, po- verò divinos adeò honores deferre non ârunt; donec Carolus Magnus, ferven- llo Saxonico, eam funditùs evertendam vit. In vetuſtis Germanorum commen- ſtatua hæc *Irmenſul* appellatur.

*Quæ res ſubſequentium Imperatorum Gentilium temporibus uſque ad Conſtantinum M. in Germania geſtæ?*

Vincebantur quidem Germani non ſemel; ſæpius etiam de Romanis triumphârunt, ut inde hi nunquam Germaniam debellare, que ſubjicere imperio uſquequaque potu- t.

*Quæ Germaniæ fortuna à Conſtantini M. temporibus uſque ad Carolum M.*

Circa dimidium tertii ſæculi extulêre ca- Franci, quo nomine convenerant populi Saxonia, Weſtphalia, & Franconia in unum men collecti. Veriſimile eſt, id nominis adſciviſſe ideò, quò docerent, ſibi abjecto ritùs Romanorum jugo patriam libertatem nc enim vox Germanica *Frank* notat) uni- rdi eſſe, eáque frui velle citra omnem ſer-

 vitù-

vitutem. Optima ejus conſilii exequendi o- caſio ſe obtulit imperante Honorio, quand Romani Imperii res erant oppidò turba Quintô proin ſeculô Franci in arma rue Duce Rege ſuo Pharamundo, & in Galli Romanorum Provinciam irruptionem pr fecerunt, quin tamen firmum ibi pedem fi rent. Regnante porrò Meroveo aliquot p annis alteram impreſſionem tentârunt, ja Franconicæ Monarchiæ fundamento. H poſtea Clodovæus omnium primus firm jam Imperio poſſedit, præter Alemanniæ Thuringiam, id temporis adjunctam.

11. *Qui porrò ſtatus Germaniæ ante Carolum M.*

Regnabat adhucdum avita magnam p tem ſuperſtitio, quamvis pluribus in lo Chriſtianæ fidei germen efflorescere jam c perit. Jam tum temporis Bojaria, Saxonia, a que plures regiones à Ducibus ſuis regeban

12. *Quæ rerum Germanicarum viciſſitu nes imperante Carolo M. ejúsque Suc- ceſſoribus?*

Carolus quidem magnus Germaniæ ſu barbariem abſtergere inſtitit, optimis eand legibus inſtruxit, veri DEI cultum, & u versè Religionem promovit, bonis arti ſci

ſcholas aperuit, cæteráque omnia in optimum ordinem redegit. Debet enimverò Germania huic verè Magno Monarchæ ſua incrementa, & ſubſequentem felicitatem. Poſtquam ergo Bojariam, & Saxoniam ſuo adjecit regno, in diviſione vaſtæ tunc Francicæ Monarchiæ Germaniam in peculiare regnum erexit, quod Ludovicus Pius Filio ſuo natu tertio Ludovico Germanico tranſcripſit. Henricus Auceps ſuo ſub regimine quà exſtructis paſſim urbibus, quà inſtitutis artium, & mercimonii exercitiis, quà correcta bellicæ diſciplinæ ratione admodum multa præſtitit. Cæteri Cæſares, puta, Otho M. S. Henricus, Barbarus ſtrenuè perrexerunt excolere Germaniam, & ad ſum̃a omnia promovere, donec tandem ſub glorioſo Auſtriacorum Cæſarum imperio, & præcipuè ſub glorioſiſſimo hodie feliciter regnante Cæſare Carolo VI. ad id faſtigii aſcendit, ut nec viribus, nec politiæ Chriſtianæ legibus, nec promovendis ſapientiæ ſtudiis ulli orbis regno facilè cedat.

## CAPUT II.

## De hodierna Germania.

### §. I.

### De præcipuis partibus hodiernæ Germaniæ.

*1. Quibus limitibus circumſcribitur hodierna Germania?*

Septemtrionem versùs terminatur mari Balthico, Dania, & Oceano Germanico: ad ortum Poloniâ, & Hungariâ: ad meridiem Italiâ: ad occaſum comitatu Burgundico, Lotharingia, & Belgio.

*2. Quænam ſunt quinque præcipua Germaniæ flumina?*

1. Danubius, etiam dictus Iſter. 2. Rhenus. 3. Albis. 4. Viſurgis. 5. Viadrus.

*3. Quomodo Germania dividitur?*

In ſuperiorem, & inferiorem. Illa complectitur decem Imperii Circulos, hæc ſeptemdecim Provincias, quæ aliàs Belgium vocantur.

*4. A quo facta eſt partitio Germaniæ in decem Circulos?*

A Maximiliano Primo Imperatore 1512. juxta ſequentem ordinem. Primus eſt Auſtriacus. 2. Burgundicus. 3. Rhenanus inferior. 4. Bavaricus. 5. Saxonicus ſuperior. 6. Franconicus. 7. Suevicus. 8. Rhenanus ſuperior. 9. Weſtphalicus. 10. Saxonicus inferior. Qui autem ſtatus cuilibet Circulo annumerentur

in opuſculo quinto Geographico explanabitur.

*Quænam ſunt præcipua Imperii Membra?*

1. Romanus Imperator eſt ſupremum totius Imperii Caput.

2. Novem electores, quos inter ſunt tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, ſex Sæculares, ſeu Laici, nimirum Bohemus, Bavarus, Saxo, Brandeburgus, Palatinus ad Rhenum, Hanoveranus.

3. Duo Archi-Epiſcopi, Salisburgenſis, & Bisuntinus, qui poſterior tamen ſolo Principis Imperii titulò nunc gaudet.

4. Magnus Ordinis Teutonici, & Melitenſium Equitum Magiſter.

5. Viginti duo Epiſcopi, nempe Bambergenſis, Herbipolenſis, Wormatienſis, Euſtettenſis, Spirenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildesheimienſis, Paderbornenſis, Friſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis, Tridentinus, Brixinenſis, Baſileenſis, Leodienſis, Oſnabrugenſis, Curienſis, Lauſannenſis, Sedunenſis.

6. Avitæ Principum Domus, nempe Palatinorum, Saxonum, Marchiæ Brandenburgicæ, Brunſwicenſium, Mechlenburgicorum, Haſſorum, Holſatorum, Badenſium: Dux Wirtembergicus, Saxo-Lauenburgicus: Principes Anhaltenſes, quorum priores ſeptem in varios

iterum

iterum ramos dividuntur. Hæ diviſiones, cùm facilè & paſſim inveniri poſſint, brevitatis ergô hìc intermittuntur.

7. Viginti novæ Principum Domus, ſcilicet Arenbergica, Hochenzollerana, Lobkowizia, Salmienſis, Dietrichſteinia, Naſſaviana, Auerſpergica, Friſiana Orientalis, Fürſtenbergica, Schwartzenbergica, Ottingana, Liechtenſteinia, Croyenſis, Piccolominia, Portiana Schwarzburgica, Lambergica, Trautſonia. Lœwenſteinia &c.

8. Principales Præpoſituræ & Abbatiæ, ut ſunt Fuldenſis, Campidunenſis, Elvacenſis, Magiſter Ordinis Equeſtris S. Joannis, Præpoſitus Berchtesgadenſis, Stabulenſis, & Corbejenſis: Weiſſenburgica juncta Epiſcopatui Spirenſi, Prumiana cum Archi-Epiſcopatu Trevirenſi. Murbacenſis, & Luderenſis hodie ſpectant ad Gallos; aliæ aliò &c.

9. Aliquot Principes Abbatiſſæ, nimirum Eſſenſis, Buchavienſis ad Lacum plumarium, Lindavienſis, ſuperior & inferior Parthenonis Catholicus Ratisbonæ: Acatholicus Conventus Quedlinburgenſis, Heervordenſis, Buchſcheidenſis, Gandershemienſis. Abbatia Andlaviana hodie Gallorum eſt.

10. Duplicis generis partitio Prælatorum Sacri Romani Imperii, ſcilicet in ità dicta ſubſellia, hinc in Suevicum, illinc Rhenanum diviſa.

11. Vi-

11. Vario ex ſtemmate S. R. I. Comites, Wetteravienſes, Weſtphalici, Suevici, & Franconici.

12. Rhenanæ, & Suevicæ S. R. I. liberæ Civitates.

13. Franconica, Suevica, & Rhenana Sacro Romano Imperio devota Nobilitas.

### 6. *Ad quot Collegia omnes Imperii Status reducuntur?*

Ad tria. Primum eſt Electorum Collegium: alterum eſt Principum: tertium S.R.I. Urbium.

### 7. *Qui ſtatus pertinent ad Principum Collegium?*

Omnes tam Eccleſiaſtici, quàm Laici Principes: omnes S. R. I. Prælati, Abbatiſſæ, & Comites, hac tamen ratione, ut omnes Prælati ſimul ſumpti in Imperii Comitiis tantùm duobus gaudeant votis ex Rhenano, & Suevico Gremio. Comites S. R. I. non habent niſi quatuor vota: omnes urbes Imperiales duo vota. Cæterùm Abbatiſſæ S. R. I. voti causâ accedunt ad S. R. I. Prælatos, nec cura numero ſuo efficiunt.

§. II.

## §. II.

## De ſtatu Religionis, & Politiæ in hodierna Germania.

### 1. *Quænam hoc tempore ratio Religionis in Germania?*

Coluerat tota Germania octingentis annis inviolato tenore Catholicam Fidem, cùm Lutherus ante ducentos & aliquot annos Religionis integritati vulnus immane inflixit. Certè Germaniam inferiorem propè totam cum parte ſuperioris ſpecioſo obtentu reformandæ Religionis à veteri, & vera fide irreparabili damno ad ſuos errores abduxit. Decreto Pacis Monaſterienſis ex fatali neceſſitate permittendum fuit, ut præter Lutheranam etiam Calvinianæ ſectæ exercitium indulgeretur. Cæteris ſectis publicum exercitium interdictum.

### 2. *Quæ eſt forma Regiminis in Germania?*

Tria hic notentur, primò univerſale Regimen totius Imperii in rebus Politicis. 2. Univerſale Regimen in contentioſo juſtitiæ foro. 3. Singulare genus Regiminis in variis Provinciis, & Dynaſtiis Germaniæ.

Regimen quidem in politicis cauſis eſt penes Cæſarem, tanquam ſupremum caput,

jus eſt ordinare, ac demandare, quidquid è re Romani Imperii fore viſum fuerit. Nihilo tamen minùs conſcio & conſentiente Cæſare deducuntur cauſæ aliquæ ad Imperii Comitia, ut ibi diſquirendo excutiantur, ex communi dein ſententia ad Cæſarem referenda. Accedente dein hujus conſenſu res vel effectum conſequitur, vel eodem renuente ex legitimis cauſis citra eventum intercidit.

Univerſalis cauſarum diſcuſſio in imperio pertinet primò ad Cameræ Wezlarienſis forum, ubi conſtitutus ſupremus controverſiarum Judex Cæſaris, & unà Imperii nomine cauſas decidit. Porrò in Cæſareo Imperii Conſilio Vieñæ itidem nomine Cæſaris jus dicitur. Ad hæc duo ſumma dicaſteria etiam ſtatus Imperii poſſunt ſuas privatas cauſas referre.

Particularis modus regendi in diverſis provinciis, & toparchiis eſt ſecundùm cujusque regionis proprias leges, & receptas dudum conſuetudines variè conſtitutus.

### 3. *Quæ vires bellicæ in Germania?*

Equidem maxima eſt Germaniæ potentia, ut vel potentiſſimis hoſtibus par eſſet, imò ſuperior, ſi quidem conjunctim omnia & ſingula Imperii membra cum Capite conſpirarent. Id tamen in præſenti Religionis diſſidio, & indè enaſcente diſſenſione animorum, expectari vix jam poteſt.

*4. In quo perfectionis gradu ſunt hodie ſci-
entiæ, & artes in Germania?*

Videtur ſanè Germania ità his ſe excoluiſ-
ſe, ut nulli alteri regnò Europæ facilè cedat.
Huic aſſerto fidem faciunt tot Athenæa, Ly-
cea, Gymnaſia, & ex his copia doctiſſimorum
hominum, plurimi excellentiſſimi artium Ma-
giſtri.

*5. Quid diſcriminis eſt veteres inter & ho-
diernos Germanos?*

Ingens eſt diſcrimen, ùt ex dictis hacte-
nus patet. Quippe quàm rudes olim, inculti
& barbari fuerunt veteres Germani, tam do-
cti, exculti, & bellè morati ſucceſſerunt po-
ſteri Germani. Id excipio, Germanorum ne-
pe magnanimitatem non deſiiſſe, ſed hodie
dum perſeverare. Atque huic adſcribas, ve-
lim, quòd Romani Imperii faſces annis ampli-
nongentis Germani gloriosè ſibi vindicârint,
& in hodiernum uſque diem fortiter tueantur.

## CAPUT III.

## De Germaniæ Principibus qua
## ſacris, quà profanis.

Quandoquidem in priore, eóque terti
opuſculo de Romano-Germanicis Cæſaribus
quantum ſatis, actum eſt; neceſſarium vide-

r, ut hic de Germanicis S.R.I. Electoribus
Principibus, eorúmque rebus geſtis brevis
s mentio.

## §. I.

## tribus Eccleſiaſticis Electoribus.

*Quid notandum venit de primordio Archi-Epiſcopatûs Moguntini?*

Sanctus Creſcens, diſcipulus S. Apoſtoli etri, fuit primus Moguntiæ Epiſcopus; Sanus verò Bonifacius poſtmodum, anno nem- 744. à Zacharia ſummo Pontifice primus chi-Epiſcopus eſt renuntiatus. Willigiſus ori Carpentarii Filius, ab Othone III. Ronorum Imperatore omnium primus Eleor S.R.I. eſt declaratus, quem etiam ob ſinlarem ſapientiam in Imperii negotiis tanm Cancellarium adhibuit. Continuavit c dignitatis officium etiam ſub S. Henco Cæſare. Ex eo tempore illa Cancellarii nitas potiſſimùm fuit penes Archi-Epiſcos Moguntinenſes. De Willigiſo hoc facta mentio in tertio opuſculo ſub Othone III.

*Quid cum Hattone ejus nominis ſecundo Archi-Epiſcopo Moguntino actum?*

Hatto vir immiſericors, & durus erga mios mendicos fuiſſe ſcribitur, id quod teſta-



tum

tum fecit premente annonæ caritate, & gra
vi famis calamitate, ſed ad ſuummet exitium
Quippe turmam mendicabulorum, quæ pani
aliquid rogârant, horreo includi juſſit, ſpeci
diſtribuendi ibidem panis. At interea eju
dem imperio horreum incenditur, & unà ſ
melici pauperes concluſi quà flamâ, quà fum
enecantur. Eo incendii articulo cùm lamen
tabiles pereuntium ejulatus audirentur, joc
larem in modum Hatto ad ſuorum aliquem
dixiſſe fertur: audi, quomodo hi mures can
tillent! Crudelę hoc factum in veſtigio u
tio divina eſt inſecuta. Mox enim incend
tus murium exercitus procurrit, Hatton
rectà aggreditur. Hic adeò, ut ſe infeſtis h
hoſtibus ſubduceret, turrim in medio Rhe
ſtantem, tanquam aſylum, properè conſcen
dit. Sed enim mures manipulatim inſequu
tur, penetrant portam & feneſtras turris, &
miſerrimum Archi-Epiſcopum depaſcunt. A
que hæc turris in hanc uſque horam à mu
bus nomen obtinet. Hæc quidem imperan
te Cæſare Othone Magno contigiſſe feru
quæ tamen alii probati Scriptores ad fabu
relegant.

### 3. *Quæ Trevirenſis Archi-Epiſcopatûs exordia?*

Sanctus Eucharius, ex ſeptuaginta duo

hriſti Diſcipulis, à S. Petro Apoſtolo ad præ-candum Evangelium Trevirenſibus ſubmiſ-eſt, quorũ primus Epiſcopus fuiſſe traditur, ſatis conceſſit An. Chriſti ſexageſimô ſextô. rò S. Agricius, Patriarcha Antiochenus ô 330. primus Archi-Epiſcopus fuit con-tus. Hic textilem Chriſti tunicam ſecum viros attulit, ubi hodiedum aſſervatur. S. enæ Imperatricis domicilium in Templi am redactum Agricius ritè conſecravit: tium verò Conſtantini M. tranſtulit in naſticam habitationem, quæ nunc Abbatia ximini vocatur, Primus Elector Treviren-rat Ludolphus, Saxoniæ Dux, Othone III. rante. Dignitas Archi-Cancellarii ali-ò ſeriùs Archi-Epiſcopatui huic adjecta

*Quid de primordiis Archi-Epiſcopatûs Colonienſis memoratu dignum occurrit?*

S. Maternus circa annum Chriſti 99. ve-fidei lumine Coloniam illuſtravit, ibidem o ætatis centeſimo decimo quinto, Chri-128. mortuus. Traditur hic ipſe Mater-viduæ Naimiticæ fuiſſe filius, quem JE-S, Sancto Luca Teſte, ad vitam revoca, S. Agilulphus octavo ſeculo à S. Boni-io primus Coloniæ Archi-Epiſcopus fuit ini-s. Primus autem Elector fuiſſe fertur bertus, Marchio Foro-Julienſis ſub Cæſa-

 re

re Othone III. Cæterùm Archi-Cancell... munus Archi-Epiſcopatui ſubſequentibus de... mum temporibus eſt adjunctum.

*5. Quinam Archi-Epiſcopi Colonienſes vi... Sanctimoniâ præ cæteris floruerunt?*

SS. Severinus, Evergiſilus, Aquilinus, S... moneus, Cunibertus, Agilulphus, Heribe... tus, Anno &c. Coloniæ depoſita ſunt c... pora quoque SSS. trium Regum, quæ ſub Fr... derico Barbaroſſa Mediolano, per illum ip... vaſtato, Coloniam pervenerunt.

*6. Quid de S. Archi-Epiſcopo Annone existimandum?*

Huic parum laudis tribuunt Acatholici cùm tamen Scriptores Synchroni tanquam ... rum ſingulari ſanctitatis fama conſpicuum ... lebrent: id fortaſſe nonnulli Viro huic ... cto vitio vertunt, quòd Imperii negotia i... perante Henrico IV. cujus adoleſcentiam ... derabatur, tractanda ſuſceperit. At in co... perto eſt ex veterum & probatorum au... rum fide, Annonem id omne in commune ... perii ac præcipuè Eccleſiæ bonum cum ... vulgari ſapientiæ & juſtitiæ laude præſti...

*7. Quis caſus fuit Colonienſis Archi-Epiſcopi Gebhardi?*

Sanè lamentabilis caſus; nam anno 1...

plexus ſectam Lutheranam, matrimonio ſi-junxit publicè Agnetem, Comitem à Mans-ld. Equidem quærebat Archi Epiſcopatum ansmutare in profanum Principatum, ſed à ntifice mox Vaticano fulmine ictus, à Ca-ulo Cathedrali abdicatur, ſubſtituto ejus locum Erneſto, Bojariæ Duce. Verùm ebhardus non eapropter ſtatione cedendum us, ad arma proſilit, adſcitis in fœdus co-s Palatini Ducis, dicti Simmerenſis. Ho-m tamen conſiliis Dux Bojus Wilhelmus rater Erneſti obviam ivit. Itaque Gebhar-um, pecuniâ, belli nervo deſtitutum, in ollandiam expulit, ubi miſerrimam vitam lerans, ab omnibus deſertus, infelici fato ceſſit anno 1589. Exinde non niſi ex Du-us Bavaris ad hujus Archi-Epiſcopatûs api-m ſunt evecti.

*Quæ officia & prærogativæ ſunt trium Archi-Epiſcoporum Moguntinenſis, Tre-virenſis, & Colonienſis.*

Inprimis ſinguli ſunt S.R.I. Electores; orum eſt, cum reliquis Electoribus ſecula-us Romani Imperii Caput deligere. 2. oguntinus coronat electum Cæſarem, ſi-idem coronatio contingat in ſui Archi-Epi-opatûs territorio: quòd ſi fiat coronatio in olonienſi Archiepiſcopatu, loci Archiepiſco-

pus Cæſarem Romanorum Regem creat. Quivis horum trium Archiepiſcoporum Ar-chicancellarii munere in Sacro Romano Im-perio funguntur, Moguntinus quidem per totam Germaniam, Trevirenſis per Galliam & Regnum Arelatenſe, Colonienſis per I-liam. 4. Hi tres Eccleſiaſtici Electores e more antiquo præcedunt ſuos Collegas Ele-ctores Laicos, & hoc quidem ob reveren-am avitam erga ſtatum Eccleſiaſticum. Elector Trevirenſis ſibi vindicat primum ſuf-fragium in Imperii Comitiis, & è regione Cæ-ſaris conſidet habens ad dextram duos Ecc-ſiaſticos, ad lævam Electores ſeculares.

## §. II.

## De Regno & Electoratu Bohemi

### 1. *A quibus populis Bohemia olim ha-bitata fuit?*

Primi habitatores fuerunt Boji, qui an quingentis & nonaginta ante natam mun ſalutem ſub Rege ſuo Sigoveſto ex Gallia Bohemiam migrârunt. Hanc de ſuo nomi Bojohemum dixerunt, ſeu Bojorum Colo am, aut ſedem. 2. Anno quinto poſt nat Chriſtum expulſi ſunt à Marcomannis, qui Germaniæ populis conſederant priùs Da bium inter & Niccarum fluvios. Itaque D

duce ſuo Rege Maroboduo. Bojis ejectis Bohemum pleno jure ſibi vindicârunt. Boji verò amiſſa ſtatione ceſſerunt in proximam regionem Nariſcorum, quam hodie dicunt Palatinatum ſuperiorem. Inde Danubium ingreſſi circiter annum Chriſti 500. Romanis ex Vindelicia ejectis, in eadem ſedem ſibi fecerunt. Hæc proin Regio ab ipſis nomen accepit Bojariæ vel Bavariæ. 3. Ad annum Chriſti 550, aut ex aliorum ſenſu annum 640. Slavi populi Bohemiam occupârunt, ex eáque Ducatum formârunt. Primus Dux fuit Zecchus, frater Lecchi & Ruſſi. Horum fratrum primus cum ſuis in Polonia, alter in Moſcovia ſive Ruſſia conſedit, ubi utrinque ab ipſis forma Ducatûs eſt introducta. Atque hæc Slavonica natio initium fecit extirpandis denſis Bohemiæ ſaltibus ad promovendam terræ fertilitatem.

*Quæ primariæ mutationes intervenêre à tempore Zecchi uſque ad noſtra tempora?*

Poſt Zecchum Bohemi à viginti duobus Ducibus regebantur ſerie non interruptâ. Sub duodecimo Duce Borivorio I. Bohemia Chriſtianæ Religionis lumen feliciter aſpexit, tempore Cæſaris Arnulphi circa annum Chriſtianum 895. Anno ſubinde 1086. Ladislaum II. Henricus IV. Imperator Moguntiæ Regem

dixit. Poſt hunc regimen tranſiit partim ad Duces, partim ad Reges, donec tandem Primiſlao II. Regium Bohemiæ titulum Cæſar Philippus in perpetuum confirmavit. Paulò pòſt idem Primiſlaus, utpote Rex & unà Elector operam ſuam contulit in eligendo Friderico II. Poſt Primiſlaum Regum Bohemorum Electio plerumque fiebat per ſcrutinii ſuffragia, ùt Rex tamen eſſet fiduciarius Cæſaris cliens in ſuis propriis terris. Albertns II. & Ferdinandus I. ambo Cæſares ex Auſtriaca Domo Regnum Bohemiæ, & Hungariæ jure nuptiali ſibi aſſeruerunt. Tandem anno 1620 Bohemia poſt famoſam ad Pragæ mœnia victoriam à Ferdinando II. obtentam contra Fridericum, (unius hyemis Regem dictum) ejúſque exercitum in jus hæreditarium, armis partum, tranſiit, id quod pace Monaſterienſi eſt confirmatum. Carolus VI. glorioſiſſimè regnans modò Romanorum Imperator, undecimus jam Bohemiæ Rex numeratur ex Archiducibus Auſtriacis.

3. *Quinam præterea Duces & Reges Bohemiæ ſunt ſpeciatim memorabiles?*

1. Primiſlaus primus, tametſi ortu & conditione ruricola fuerit, tamen non vulgari ſagacitatis & prudentiæ laude eminuit. Quem Libuſſa tertia Dux Bohemiæ, quæ urbem Pr

m condidit, illum in thalami conjugalis con-ſortem adlegit, & eo pacto quartum Bohemiæ Ducem fecit, Huic ſeptem ipſis annis veli-tandum fuit cum Bohemis fœminis, quæ du-ctu nobilioris ex Libuſſæ aula mulieris Bohe-miæ regimen ſibi arrogabant. Et verò pri-mus conflictus illis prorſus ex voto ceſſit. Pri-mislaus manſuetudine, & longanimitare fe-roces mulierum animos delinire, & expugna-re ſatagebat. At cùm nihil lenitate profice-ret, armata tandem manu ambitioſas has Ama-zones coëgit ad domeſticam colum reverti. Acta hæc ſunt circa annum Chriſti 650.

2. Sanctus Wenceslaus decimus quintus Bohemorum Rex, viri ſancti numeriſque om-nibus abſoluti formam in ſe ipſe expreſſit. Singularem porrò memoriam meretur tener-rima ejus erga auguſtiſſimum Altaris Sacra-mentum pietas. Solebat enim quotannis tri-ticum, divino Sacrificio ſerviturum, ſuis ipſe manibus ſeminare, & metere: in eundem quo-que finem eſſe vindemiator, & legere botros ad uſum ſacri Calici conſueverat. Tandem impiæ Matris Drahomiræ inſtinctu à crudeli Fratris Boleslai ferro in templo orans, DEO victima cecidit innocentiſſima. Drahomira, ſanguinaria furia, meritiſſimas dein ſçeleris pœnas dedit, quando viva cum curru & equis terræ hiatu fuit abſorpta: Boleslaus verò id

gratiæ à cœlo obtinuit, ut poſtea reſipiſceret.
Cæterùm Sanctus Martyr & Rex Wenceslaus
in terris agebat Othonis M. Cæſaris tempori-
bus.

3. Wenceslaus V, poſtremus Ducum Bo-
hemorum fuit ex ſtirpe Primislai ruricolæ, a-
no 1306. violenta morte ſublatus. Paulò poſt
ſucceſſerunt tres Bohemiæ Reges, Carolus IV.
Wenceslaus Piger ſive Ignavus, & Sigismun-
dus, quorum ſinguli ſubin Cæſares ſunt creati.

### 4. *Quid præterea de Bohemis obſervatu dignum?*

1. Regnum Bohemiæ pars quidem Germa-
niæ cenſetur, ſed nulli Circulo Imperii accen-
ſetur.. 2. Rex Bohemiæ inter Electores La-
cos principatum tenet, & ſuffragium fert pro-
ximè Archiepiſcopum Colonienſem. 3. O-
lim Rex Bohemiæ, quà Elector, nihil admo-
dum conferebat ad communes Imperii expen-
ſas, nec in ullis comparebat Comitiis: ſed ab
anno 1708. utrumque modò præſtat. 4. Mar-
chionatus Moraviæ, & Ducatus Sileſiæ refe-
runtur ad Bohemiam, utì & Luſatia, quæ ta-
men à Ferdinando II. Electori Saxoniæ rel-
cta eſt ad compenſandas impenſas in bellum
factas.

§. III

## §. III.

## De Electoratu Bavarico, & Palatinatu Electorali.

Ambæ hæ Domus Electorales hic conjunguntur, quoniam eandem trahunt originem.

### I.

*Quis Bojariæ ſtatus priſcis Romanorum temporibus?*

Imperante Auguſto Bojaria erat Romanorum Provincia, cujus pars, ſuperioris Sueviæ contermina, Oenum inter & Danubium, Lacum Podamicum, & Alpes ſita, dicta eſt Vindelicia. Altera pars reſiduum Bojariæ complectebatur tractum cis Oenum cum Auſtria, nomenque Norici obtinuit.

### 2.

*Qua ratione Bojaria à Romanis ad Bojos translata eſt?*

Boji quingentis nonaginta annis ante Christi ortum è Gallia in Bohemiam transgreſſi, hanc exinde Bojohemiam appellârunt. Sed quinto poſt natum Servatorem anno à Marcomannis, priſcis Germaniæ incolis, ſunt expulſi. Itaque in Nariſcorum terras (Palatinatum ſuperiorem) profugi, ſedem ibi fixerunt, donec anno 508. Ductore Theodone primo

primo Almonium amnem trajecêre, quo ipſo ex tranſitu Dietfurto ( ſeu Theodonis vado) nomen deinceps adhæſit. Indè progreſſi longiùs Ratisbonæ Danubium quoque ſuperârunt, & pulſis ex VindeliciaRomanis, Boicum, eúmque regium dominatum ſtabiliverunt. Porrò Ratisbonam, Romanis extortam, de Conjuge ſua Reginobirga dixit Theodo Reginoburgum, in qua ipſa urbe Regiam ſibi delegit. Ibidem loci Theodo III. ſub finem ſeculi ſexti à S. Ruperto in Deiparæ Sacello ( veterem *Capellam* vocant ) hodiéque exſtante, ſacro báptismatis fonte ablutus eſt.

### 3. *Quomodo Bojaria à primis Bojorum Ducibus ad Carolum M. tranſiit?*

Thaſſilo ejus nominis tertius Bojariæ Dux in Conjugem acceperat Litopirgam, filiam Deſiderii ultimi Longobardorum Regis. Hunc Carolus M. Ticini captum, Regno exuerat. Itaque Litopirga vindictæ furiis agitata, Thaſſilonem adversùs Carolum M. concitare non deſtitit, quoad infeſta arma caperet contra Regem Victorem. At enim ejus expeditionis conſilium ſiniſter exitus fruſtratus eſt. Quippe à Carolo victus, ſuóque Ducatu privatus cum Principe filio in Gementenſe Galliæ Monaſterium migrare juſſus eſt, ubi vitâ laudabiliſſimè ductâ obiit circa annum 795.

tempore Bojaria in Gallicam Provinciam redacta, perſtitit in Carolino ſtemmate uſque ad Ludovici IV. obitum.

4. *Quis intermortuo Carolino ſtemmate Bojariæ imperavit?*

Diverſi imperârunt Duces, ſed non ex una eadémque Domo. Poſt mortem Ludovici IV. regnabat in Bojaria Arnulphus malus, ingenii planè inquieti Princeps. Hic invidens Cæſareæ coronæ, Conrado I. & Henrico Aucupi bellum movit, ſed ob id maleficium ſuis è terris expulſus. Arnolphus, filius Arnulphi, paria auſus eſt contra Othonem M. qui illum ità mulctavit, ut Ducatu ademto cum ſuis poſteris in ſortem Comitum retulerit. Ex hoc proin deſcendunt Palatini Comites Schirenſes, & Comites Wittelsbacenſes, qui tandem lapſu temporum reſtauratam Ducatûs dignitatem in Bojaria obtinuerunt. Neque exinde ea dignitas deſiit, ſed hodiedum in Electorali Domo Boica floret.

5. *Quinam Duces Boji poſt Arnulphum Malum, ejúsque filium ſunt memoriâ digni?*

Poſt Arnulphum uſque ad reſtitutionem Domûs Wittelsbachiæ Bojariæ præerant Principes Saxones, Francones, & Suevi. Ex gente Saxo-Bavarica erat S. Henricus Cæſar, qui Abu-

Abudiaci, oppido Bavariæ ad Danubium, Do-
calem Regiam ſuam locârat. Inter Duces
Bojariæ ex Franconibus fuerunt Henric. III. &
IV. poſtmodum Romani Imperatores. His
remunerationis nomine Bojariam Guelpho
è Comitum Altorffenſium in Suevia ſtemma-
te poſſidendam dedit. Inter Guelphicæ pro-
ſapiæ Duces præ cæteris memorandi veniunt
Henricus IX. *Niger*, Henricus X. prioris fili-
us, *Superbus* dictus, & Henricus *Leo* cogno-
minatus, poſtremi filius, qui præter Bojariam
totam quoque poſſidebant Saxoniam, quam
Henricus IX. conjugali fœdere ſibi aſſeruit;
Henricus *Leo* verò iterum amiſit, quando à
Cæſare Ftiderico Ænobarbo Anno 1180. pro-
ſcriptus, omnibúsque ſuis Regionibus, præter
Brunſvicenſem & Luneburgenſem, eſt exu-
tus; Bojariâ Othoni Comiti Wittelsbachio ob
egregiam in bello navatam operam, attribu-
tâ. Interea temporis urbs Ratisbona in liber-
tatem aſſerta, non rediit deinceps ad domi-
nium Boicum. Idem Henricus *Superbus* pon-
tem illum celeberrimum Ratisbonæ è lapide
quadrato ſub Anno 1140. exſtruendum cu-
ravit.

*6. Quinam Duces & Electores poſt Henrici Leonis proſcriptionem ad hanc uſque diem rexêre Bavariam?*

1. Otho

1. Otho M. Wittelsbachius, hodiernæ Domûs Bavaricæ Auctor. Obiit Anno 1183.
2. Ludovicus Elector, qui totum Palatinatum cum Electorali dignitate in familiam Wittelsbachiam pactis nuptialibus tranſtulit. Occiſus eſt Kelhemii A. 1231.
3. Otho Elector obiit A. 1253.
4. Ludovicus Severus, Elector, occiſa ob adulterii ſuſpicionem conjuge cum aliis quatuor, tantis idcirco animi tormentis excruciatus eſt, ut inſequente mox nocte totus incanuerit, Fürſtenfeldenſis exinde Monaſterii conditor. Rudolpho filio, nominis, gentísque Palatinæ propagatori Palatinatum; Ludovico verò, poſtea Cæſari, reliquit Bavariam, ex eo tempore à Palatinatu, universè accepto, ſemper ſejunctam. Obiit 1294.

7. *Quæ Bavariæ facta diviſio à Ludovici Cæſaris obitu?*

Hujus filius Stephanus I. Bavariam tribus ſuis filiis ità diviſit, ut Stephano, natu maximo, Ingolſtadium, Friderico Landishutum, Joanni natu minimo Monachium obtinerit. Deficiente porrò poſt annos 53. Stephani progenie, hæreditas obtigit Duci Landshutano. Sed & hujus ſtirpe poſt annos centum & undecim exareſcente, Albertus IV. Bavariam ſolus obtinuit, legémque tulit, ut

dein,

deinceps natu maximus Bavariæ univerſæ ſo-
lus præeſſet. Obiit Stephanus I. Anno 137
cujus filius Joannes Anno 1397. Erneſtu
verò Joannis filiis A. 1438. ex hac vita mi
gravit. Albertus porrò Pius, Erneſti fili
An. 1460. decedens, teſtamento caverat, u
è quinque filiis ſumma rerum ad Joannem &
Sigiſmundum, natu majores, deferretur.

Sigiſmundus, Baſilicæ B. M. V. Monac
conditor, triennium cum Joanne, hócque
peſte ſublato, ſolus biennium regnabat, Prin
cipatu exinde in Albertum IV. fratrem ſpon
te translato; cui tamen Chriſtophorus &
Wolffgangus fratres natu minores multu
negotii faceſſebant. At longè difficilior ei
dem contentio fuit cum Georgio Duce La
dishutano Ludovici Divitis, qui Ingolſta
enſem Academiam condidit, filio; hic filia
Ruperto Palatino deſpondit, dotíque inferi
rem dixit Bavariam. Orto indè bello gravi
ſimo iis tandem conditionibus Anno 150
pax firmata eſt, ut Ruperti pupillis Otho
Henrico novus, utì deinceps appellari cœ
Palatinatus attribueretur.

### 8. *Qui Duces & Electores univerſæ dein Bavariæ imperârunt?*

1. Albertus IV. diviſas Bavariæ Provinc
iterum conjunxit Anno 1507. mortuus an
ſequente 1508.

3. Guilielmus IV. Conſtans eò præcipuè
ellatus, quòd in Bavaria Religionem Ca-
licam, graſſante circumcirca hæreſeos lue,
larte ruſtico latè omnia devaſtante, ſartam,
amque conſervârit. Mortuo Landishuti
lovico fratre inferioris Bavariæ Duce, ſo-
rerum potitus, deceſſit A. 1550.
3. Albertus V. Religionis Orthodoxæ in
mania propugnator fortiſſimus, legem jam
ea latam ſtabilivit, ut nè poſthac Bavaria
ideretur. Societatem JESU Ingolſtadium
Monachium introduxit. Obiit A. 1579.
4. Guilielmus V. Catholicæ itidem Reli-
nis non in ſuis modò, ſed exteris quoque
ovinciis, præſertim adversùs Gebhardi Sep-
viri Collonienſis molitiones, vindex ſtre-
iſſimus, Bavariæ Principatu, quem 17. an-
. ſumma cum laude tenuit, in Maximilia-
m filium ſpontè translato, per 29. annos
æ reliquos animæ negotium, omnium gra-
ſſimum, unicéque neceſſarium, tractandum
cepit. Vivere deſiit A. 1626.
5. Maximilianus I. Heros incomparabilis,
ſt Pragenſem victoriam Septemvirali digni-
e A. 1623. auctus, Palatinatum ſuperiorem,
urbem Donawerdam Eccleſiæ ſimul Catho-
æ, ac Boicæ Domui aſſeruit. Obiit Ingol-
dii A. 1651.

D 6. Fer-

6. Ferdinandus Maria, Principis optimi nu-
meros omnes implevit. Nec minor ipſi, qu
Progenitoribus, Orthodoxæ Religionis cu
erat, qui omnium Bavariæ Principum na
vus quaſi character eſt, basisque & fund
mentum boni, auſpicatique Principatûs. O
biit Schleishemii A. 1679.

7. Maximilianus Emmanuel in Hungaric
præcipuè pro re Chriſtiana ſuſceptis expe
tionſbus, liberatione Viennæ, expugnatio
bus urbium Budæ, Strigonii, Neoſolii, Eſſ
cii, & maximè Belgradi &c. pugnis itèm dec
toriis ad Baracanum, Mohazium &c. imm
tale ſibi nomen comparavit. Indè variis b
lis implicitus, & fortunam utramque exper
recuperatis A. 1715. Provinciis, Monac
diem obiit A. 1726.

6. Carolus Albertus Elector, hodie Bav
riæ imperans.

## I.

## De Electoratu Palatino.

### 1. *Quæ Palatinatûs facies ante Caroli M. tempora?*

1. Ante Romanorum adventum Palatin
tus vetuſtiſſimi Regni Alemannici pars fuer
2. Imperante Auguſto & hunc, & omnes al
Provincias Rhenanas Romani in poteſtat
fu

m redegêre. 3. Incolæ Palatinatûs in Fran-
a poſtmodum expeditione à Pharamundo
124. ſuſcepta, ſuperato Rheno, Romanos
Gallia ſunt adorti.

### 2. *Quid de antiquis Comitibus Palatinis ſciendum?*

1. Cùm olim Germania, in Principatus
ndum diſtributa, ſolis pareret Imperatori-
s, hique ſedes ſuas identidem mutarent;
erunt pro ſingulis Provinciis conſtituti ſu-
emi Præfecti, dicti Comites Palatini, qui,
omine Cæſaris abſentis, controverſias diri-
erent. Hos inter eminebat Comes Palati-
n Rheni, quia non ſolùm in adjacentibus
rris, ſed in ipſa etiam Aula Imperatoris,
n, cùm hic Romam proficiſceretur, per u-
verſam Germaniam juris dicendi poteſta-
em habebat. 2. Extincta porrò per Ludo-
ici IV. mortem Carolina ſtirpe, regionum
ræfecti, in Palatinatu ac alibi, munia & pro-
ncias fidei ſuæ commiſſas hæreditario quaſi
re poſſidere cœperunt. 3. Eberhardus A.
912. à fratre ſuo Conrado I. Cæſare Palati-
atum pro ſua familia obtinuit. 4. Conradus
ux Sueviæ, frater Friderici I. Imperatoris an-
o 1156. Heidelbergam condidit.

*3. Quinam extincta ſtirpe Carolina Palatinatum obtinebant, donec is Domui Wittelsbachiæ obvenit?*

Nobiliſſimâ omnes, at diverſa ſtirpe prognati erant, quos brevitatis ſtudiô prætermitto. Henricus Henrici Leonis filius pactis dotalibus Provinciæ poſſeſſionem adiit, ſed eadem iterum dejectus eſt anno 1215. quando à Friderico II. Cæſare fuit proſcriptus. Poſtmodum Ludovico Bavariæ Duci, Othonis I. Wittelsbachii filio, Palatinatus clientelari jure est traditus; nec antè tamen in ejusdem poſſeſſionem venire licuit, quàm Otho Ludovici filius Agnetem, Henrici proſcripti filiam matrimonio ſibi junxit. A. 1225.

*4. Quamdiu Domus Bavarica Palatinatum ſimul ac Bavariam cum Electoratu tenuit?*

Annos circiter ſeptuaginta, quoad nempe Rudolpho, Ludovici Severi filio natu majori, Palatinatus, Ludovico verò, poſtea Cæſari, Bavaria eſt attributa, diviſione hac in hodiernum uſque diem perdurante.

*5. Quinam exinde Electores Palatini Electoribus Boico-Palatinis ſucceſſêre?*

Orti hi erant ex triplici ſtirpe. 1. Rudolphina, 2. Simmerenſi. 3. Neoburgica.

6. *Qui*

### *Quid de Rudolphinæ ſtirpis Electoribus universè memorandum?*

Ex hac tredecim Electoratum obtinuêre ab 1294. ad A. 1559. Nos aliquos memoramus.

Rudolphô I. quod à Friderico Auſtrio con-aLudovicum fratrem ſtetiſſet, proſcriptô, atinatum tamen cum Septemviratu recepê-ilii ea lege (quam jam antea avus Ludovi-Severus tulerat, & Ludovicus Cæſar, pa-us fœdere Ticini inito renovaverat) ut ex omo Bavarica, & Palatina alternis poſthac ibus Septemviri legerentur.

Verùm Carolus IV. Cæſar Rupertum I. dolphi I. filium, & Annæ Conjugis ſuæ atrem, ejúsque poſteros edito Norimbergæ A.1356. diplomate perpetuos S. R. I. Archida-eros, & Septemviros inſtituit.

Ruperto igitur I. ſucceſſit Rupertus II. ex tre nepos, & huic Rupertus III. qui exau-ratô A. 1400. Wenceslaô, Cæſar eſt crea-.

Ludovicus Barbatus Ruperti III. filius, in ncilio Conſtantienſi Sigismundi Cæſaris, quoties abſentis, vices implevit. Indè do-m redux linguam Latinam jam ſenex cœ-addiſcere, quòd Cæſar Sigismundus ſæpius queſtus eſſet, nullum ex Electoribus laicis

latinè ſcire. Hujus progenies defecit A. 15
Othone Henrico ſinè liberis emortuo. H
à Georgio Divite Duce Landishutano,
ſuo materno Palatinatum novum, ſeu Neob
gicum, poſt bellum cruentum Domum in
Bavaricam, & Palatinam exortum, obtin

### 7. *Qui Electores Palatini è ſtirpe Simmerenſi?*

1. Fridericus III. 2. Ludovicus. 3. Fri
ricus IV. 4. Fridericus V. qui poſt pug
Pragenſem ſeptemviratu, & Bohemiæ Re
in quod ambitioſæ potiſſimùm conjugis,
rúmque peſſimis conſiliis inductus, ſeſe in
ſerat, exutus, fato ceſſit A. 1632. ſex & tri
ta haud ampliùs annos natus. 5. Carolus
dovicus Frid. V. filius, cui per pacta Mo
ſterienſia octava dignitas Electoralis cum
chitheſaurarii titulo adjudicata eſt. 6. C
lus A. 1685. ſinè prole decedens, cujus ſ
Philippo Aurelianenſi nupta, anſam dedit b
exitioſiſſimo, quo miles Gallicus totum P
Palatinatum ferro, ac flammis depopulatus

### 8. *Qui Electores Palatini è ſtirpe Neo burgica?*

1. Philippus Wilhelmus, Domûs Palat
auguſtum decus, & Religionis præſertim
thodoxæ ſtrenuus propugnator. *Ex Eli*

Amalia Haſſiæ Landgravia Liberos ſuſce-
t ſeptendecim, pleroſque omnes infulis, im-
rialibus, regiiſque diadematis, inſignibus
ectoralibus &c. conſpicuos. Obiit Anno
90.

2. Joannes Wilhelmus, qui cauſam, Do-
um inter Palatinam, & Aurelianenſem tam-
u agitatam, arbitro tandem Romano Pon-
fice obtinuit, nullíque exinde pepercit la-
ri, quo Palatinatum Gallorum incendiis,
dibus, direptionibus miſerè devaſtatum eri-
et, melioremque in ſtatum reſtitueret. E
a diſceſſit A. 1716.

3 Carolus Philippus hodiernus Elector,
annis Wilhelmi frater.

5. *Quas metamorphoſes Religio ſubiit in Palatinatu?*

1. Fridericus II. Lutheraniſmum crudum
huc & impolitum. 2. Otho Henricus con-
ſſionem Auguſtanam, à Melanchthone cu-
ſam, ac ſæpius recuſam. 3. Fridericus III
Zwinglii. 4. Ludovicus Ubiquiſtarum. 5.
ridericus IV, ejúſque Tutor Caſimirus Calvi-
i ſectam terris ſuis invexêre, tam acerbis
Neo-Euangelicorum odiis, & inſectationibus,
t Lutherani Calviniſtas, híque illos ferro,
ae, rota è templis, ſcholis, urbibus exter-
natos vellent, donec tandem Wolffgangus

 Wil-

Wilhelmus Religionem avitam, jam inde S. Materni, & S. Creſcentis, primorum tract. Rhenani Apoſtolorum, temporibus per ann. 1400. uſque ad horribile illud Germaniæ ſchi- ma cultam ſemper, obſervatámque An. 161- cœpit reducere. Hujus exemplo non mo- tota Domus Palatina Electoralis, ſed Sulzb- chenſis quoque, & Bipontina ad Catholica ſa- cra poſtmodum reverſa eſt.

## §. IV.

## De Electoratu Saxonico, Brandenbur- gico, & Brunſuicenſi.

1. *Quid de Saxonia ante Caroli M. tem- pora memoratu dignum occurrit?*

In Saxoniam Romani veteres nunquam penetrârunt. Unde Regio hæc ante, & poſt Chriſti ortum uſque ad Carolum M. ab inqui- linis priſco Germanorum more gubernabatur. At Carolus M. continuô trium & triginta an- norum bellô illos tandem devicit, & cum Du- ce ſuo Wittekindo ad Chriſtiana ſacra tradu- xit.

2. *Qui Duces poſt Caroli M. tempora regnârunt in Saxonia?*

Quinduplici ſtirpe orti erant, nempe 1. Wittekindorum. 2. Billingorum. 3. Gue- pho-

orum, ſive Bojorum. 4. Aſcaniorum, ſive nhaltinorum. 5. Marchionum Miſnenſium.

3. *Quo hi ordine regnârunt?*

1. E Wittekindi ſtirpe, quæ ante & poſt aroli M. tempora rerum potiebatur, origiem duxêre. 5. Imperatores Saxonici Henri- auceps, Otho I. II. III. & Henricus San-us. 2. Hermannus Billingus, vir nobilis, ab O-one M. ob præclara in Cæſarem hunc meri- A. 960. Saxoniæ Dux creatus, ſtemmatis llingani auctor fuit. Fertur hic antea non i ſeptem in dynaſtia ſua colonos numerâſ-, quos ad unum omnes ob furtum commu- opera, & conſilio commiſſum in furcam i juſſit. 3. Extincto dein Billingorum ſtem-te Saxonia ad Guelphicam Bojorum Do-um A. 1125. eſt translata. 4. Henrico one proſcripto Albertus Urſus ex gente A-nia ſive Anhaltina Saxoniæ Ducatum An- 1180. obtinuit, cujus filius & Succeſſor ernardus primus Saxoniæ Elector fuiſſe tra-tur.

5. Hac quoque ſtirpe exareſcente, ismundus Cæſar Fridericum Bellicoſum iſniæ Marchionem ob ſtrenuam in bello Huſ-ico navatam operam Ducem & Electorem oniæ A. 1423. creavit. Ad hanc Mar-onum Miſnenſium ſtirpem hodierna Saxo-m Domus univerſa originem ſuam refert.

### 4. *Quinam inter Saxoniæ Electores ſpeciatim memorandi?*

1. Fridericus Bellicoſus duos genuerat fi- os Erneſtum, & Albertum, unde ſtirps Er- neſtina & Albertina. Ex Erneſtina tres E- lectores. Fridericus cum Joanne fratre, h- júſque filio Joanne Friderico; Duces itèm V- narienſes, Iſenacenſes, Gothani, Coburge- ſes, Meinungenſes, Roemhiltani, Eiſen- genſes, Hildbertshuſani. & Salfeldenſes; e- Albertina verò reliqui Saxoniæ Electore- Ducéſque Weiſſenfelſenſes, Merſeburgen- & Citienſes originem ducunt.

2. Fridericus Elector Lutherum, tanq- *obſtinatum ſchismaticum, & notorium hære-* in Comitiis Wormatienſibus à Cæſare Car- V. ſex Electoribus, cæteriſque Imperii or- nibus proſcriptum, ſolus protexit. Obiit c- lebs A. 1525.

3. Joannes Elector Frater Friderici, Pr- *teſtantium* caput, *Confeſſionem Auguſtanam* c- Georgio Marchione Brandenburgico, Erne- Duce Brunſvicenſi, Philippo Haſſiæ La- gravio, Wolffgango Principe Anhaltino, bibus Norimbergenſi, ac Reutlingenſi a- 1530. Auguſtæ Vindelic. Carolo V. por- ctam, & ab Imperatore, ſex Electoribus, c- teriſque Imperii ſtatibus rejectam, propug-

lam ſuſcepit; quam tamen biennio pòſt ejuravit, ac teſtamento cavit, nè filius in hæreditarias Provincias antè ſuccederet, quàm Luthero, ejúsque aſſeclis exterminatis, avita ſacra reduxiſſet. Indè Sacramentis Confeſſionis, Euchariſtiæ, atque extremæ unctionis ritibus ſuſceptis, obiit Catholicus annô 1532. utì teſtantur literæ, à filio Joanne Friderico ad Guilielmum & Ludovicum Bavariæ Duces eodem anno 1532. 24. Aug. datæ, quæ in Electoralis aulæ tabulario Monachii hodiéque aſſervantur, ac ſæpius typis ſunt vulgatæ.

4. Joannes Fridericus ſtatuerat quidem initiô ex ſuprema parentis voluntate, fidéque eidem data, Lutheri ſectam ſtirpitus eradicare; ſed aliorum conſiliis in transverſum actus, fidem fefellit, maximô ſuô damnô; nam poſtquam & ipſe, & reliqui Smalcaldici fœderis ſocii cum centum ferè millium exercitu annô 1546. Cæſarem prope Ingolſtadium oppugnare adorti, nè tentato quidem pugnæ diſcrimine turpi fuga dilapſi fuerant, altero mox anno ad Mülbergam captus, libertate, fortunísque omnibus excidit, Septemviratu in Mauritium Albertinæ ſtirpis ſurculum, ejúsque propaginem translato.

5. *Quinam Albertinæ ſtirpis Electores?*

1. Mauritius. 2. Auguſtus frater. 3. Chriſtianus

ſtianus, qui Calvini ſectam in Saxoniam pe-
rabat introducere. 4. Chriſtianus II. 5. Jo-
an. Georgius I. 6. Joan. Georgius II. 7.
Joan. Georgius III. 8. Joan. Georgius IV.
9. Fridericus Auguſtus, Georgii IV. frater
hodiernus Saxoniæ Elector, & Poloniæ Rex
Religionem Catholicam per tot ſecula jam
indè à SS. Ægiſti, Marciani, Ludgeri & Ca-
roli M. temporibus in Saxonia ſede ſtabilitam
ceptam, indéque Duce & auctore Luthero
exulare juſſam, Domum ſuam recepit anno
1697.

## II.

## De Electoratu Brandenburgico.

1. *Unde originem trahit hodierna Domus Electoralis Brandenburgica?*

Ab antiquiſſimo ſtemmate Comitum Zol-
leranorum, è quibus Conradus I. Rudolphi
II. Comitis Zollerani (à quo hodierni Prin-
cipes Hohenzollerani) filius, ante annos am-
pliùsquingentos Comes Caſtellanus ſive Burg-
gravius Norimbergæ fuiſſe perhibetur. Quam
dignitatem Fridericus III. à Cæſare Rudol-
pho I. annô 1273. jure hæreditario obtinuit.
Fridericus VI. Norimbergæ Burggravius à Si-
gismundo Cæſare Marchiæ Brandenburgicæ
vicarius primùm adminiſtrator, dein A. 1417
Septemvir eſt renunciatus.

*Quinam Marchiæ Brandenburgicæ ante Comites Zolleranos præfuêre?*

1. Henricus Auceps circa annum 928. Sige-
um Comitem Ringelheimenſem ex Wit-
ndi ſtirpe primum Marchionem deſigna-
2. Fridericus Ahenobarbus Albertum
um ex Aſcania ſeu Anhaltina Domo Mar-
natu ſimul & Septemviratu condecora-
Cùm ultimus è ſtemmate Aſcanio Ele-
ſinè liberis deceſſiſſet, Cæſar Ludovicus
arus Septemviratum filio Ludovico Ro-
no fratri tradidit, cui ſinè prole defuncto
no frater ſucceſſit. 4. Cùm & Otho im-
lis obiiſſet, Carolus IV. Othonis ſocer,
rchionatum filio Wenceslao, hic verò,
t adeptam Imperii & Bohemiæ coronam,
tri Sigismundo, Sigismundus tandem Im-
ator, Friderico Burggravio Norimbergen-
Comitibus Zolleranis ceſſit, ùt ſuprà me-
nimus.

*Quot Electores Brandenburgicos Domus Zollerana numerat?*

Tredecim, è quibus primi quinque Ca-
olici, tres proximi ſequentes Lutherani, reli-
Calviniani, hoc ordine. 1. Fridericus I. 2.
ericut II. 3. Albertus, ob animi altitudinem
utonicus Achilles, ob eloquentiam Ulyſſes
Ger-

Germanicus dictus. 4. Joannes, ob facun-
diam Germaniæ Cicero appellatus, ſedem e
Franconia in Marchiam Brandenburgicam
tranſtulit. 5. Joachimus I. os & oracul
Imperii, ac ſui temporis Neſtor commu
Scriptorum elogio celebratus, Lutheranæ ſ
ctioni invictâ conſtantiâ ſe oppoſuit. 6. Jo
chimus II. Lutheri ſectam annô 1539. pa
eſt amplexus. Interiit venenô per Judæ
propinato. 7. Joannes Georgius, à quo h
dierni Marchiones Culembacenſes, ſeu B
ruthani, & Onoldini originem trahunt. Fo
*læ Concordiæ*, noviſque Ubiquiſtarum erro
bus cum Auguſto Saxoniæ Electore ſubſcr
ſit. 8. Joachimus Fridericus Havelberge
ſem, Lebuſienſem Epiſcopatum cum Ar
Epiſcopatu Magdeburgenſi ſibi vindicavit.
Joannes Sigiſmundus A. 1614. ſectam Lu
ranam cum Calviniana comutavit. 10. Ge
gius Wilhelmus Boruſſiam Ducalem, q
Albertus Brandenburgicus, ſupremus or
Teutonici Magiſter, facta ab Eccleſia & v
dine receſſione, occupaverat, jure hære
rio ſibi aſſeruit. 11. Fridericus Wilhel
rebus belli, paciſque tempore geſtis nomi
tiſſimus, annos 48. ad clavum ſedit. 12. F
dericus III. Regis Pruſſiæ titulum annô
primus aſſumpſit. 13. Fridericus Wilhe
hodie rerum potitur.

## III.
# De Electoratu Brunſvico-Lüneburgico.

*Quis hodiernæ Domûs Electoralis Brunſvicenſis Conditor?*

Henricus Leo è Guelphica ſtirpe Comitum Altorffenſium in Suevia, qui Bavariam ... & Saxoniam, cujus pars tunc erat tractus Brunſvico-Luneburgicus, in ſua tenuit ...one. At poſtquam annô 1180. à Friderico I. proſcriptus fuit, Provinciis omnibus præter Brunſvicenſem, & Luneburgicam, exutus.

2. *In quot ramos ſtirps Brunſvicenſis hodierna dividitur?*

1. In Guelferbutanum, & hic iterum in Brunſvicenſem, Guelferbutanum, & Beveranum. 2. In Luneburgicum, hícque in Cellenſem, & Hannoveranum.

3. *Quis ſtirpem Guelferbutanam propagavit?*

Antonius Ulricus maximi ingenii Princeps, qui fratri Rudolpho Auguſto ſinè liberis defuncto in Ducatu Brunſvicenſi ſucceſſit, & annô 1710. ad Eccleſiæ Catholicæ gremium rediit, pater Auguſti Wilhelmi, hodierni Ducis

cis Brunſvico-Guelferbutani, & Ludovici Rudolphi Principis Blanckenburgenſis, cujus filia natu major Eliſabetha, Auguſta hodie Imperatrix eſt, minor verò Alexii Ruſſiæ Monarchæ parens fuerat.

4. *Quis ſtirpis Luneburgicæ propagator?*

Georgius, qui anno 1641. mortuus, 4. reliquit filios, Chriſtianum Ludovicum, Georgium Wilhelmum, Joannem Fridericum & Erneſtum Auguſtum. 2. Chriſtiano Ludovico ſinè liberis defuncto, in Ducatu Cellenſi ſucceſſit Georgius Wilhelmus; cúmque & hic annô 1705. obiiſſet improlis, hæreditas ad Hannoveranum eſt devoluta. 3. Provinciæ Hannoveranæ ceſsêre Joanni Friderico annô 1651. Religionem Catholicam amplexo, Patri Wilhelminæ Amaliæ, Joſepho Romanorum Regi, poſtea Imperatori, nuptæ. 4. Ianni Friderico ſinè prole maſcula annô 16. obeunti ſucceſſit Erneſtus Auguſtus frater, quem Leopoldus I. annô 1692. nonum S.R.I. Electorem dixit. 5. Georgius Ludovicus Erneſti filius poſt multas, gravéſque altercationes in Electorum Collegium Ratisbonæ annô 1708. admiſſus, & annô 1714. ad Britanniæ ſolium vocatus eſt. 6. Georgio Parenti in itinere ex Anglia in Germaniam annô 1727. vitis functo ſucceſſit Georgius Auguſtus.

§.

## §. V.

## eAuſtria, Styria, Carinthia, Carniola, & Tiroli.

*Quid de Regionibus hiſce generatim dicendum?*

1. Totus hic terrarum tractus *Noricum* vo-
...tur, quem Cæſar Auguſtus poſt gravia
...a Tiberii privigni ſui ductu ibidem geſta
...omanam redegit Provinciam. Hanc an-
...uingentis Romani, hiſque à Theodone I.
...riæ Duce ſub A. C. 508. pulſis, Boici,
...hos verò, Thaſſilone ultimo Bojariæ Du-
...gilolfingicæ ſtirpis à Carolo M. an. 788.
...uctorato, præfecti alii atque alii admini-
...bant.

2. *Qui primi Auſtriæ Marchiones, Duces, & Archiduces?*

1. Tametſi Provinciæ hujus Præfecti jam
...ea Marchiones fuerint appellati; hæc tamen
...itas hæreditaria non erat, quoad tandem
...poldus illuſtris à Cæſare Henrico Aucu-
...contra Hunnorum præcipuè irruptiones
...triæ Marchio deſignatus, eandem jure hæ-
...itario cœpit poſſidere. 2. Henricus II.
...poldi Sancti filius, à Friderico Ænobar-
...anno 1156, primus Auſtriæ Dux ſalutatus,

multíſquè aliis prærogativis eſt ornatus. Fridericus II. inter Auſtriæ Duces quint... Cæſare Friderico II. *Archiducis* titulo inſig... cœpit.

*3. Quâ occaſione Auſtriæ poſſeſſionem ...*
*Domus Habsburgica?*

Othocarus Bohemiæ Rex, Friderico ultimo Auſtriæ Duce extincto, ejuſdem ſ... rem Margaritam matrimonio ſibi junxerat ... turni illius interregni tempore. Cúmque ... ſtea Rudolphus Comes Habſpurgicus ad ... perii ſolium fuiſſet evectus, Othocarus cl... telare eidem præſtare obſequium recuſ... Bello igitur à Cæſare ſemel atque iterum ... lato in acie cecidit. Indè Auſtriam Do... no, Rectoréque orbatam Imperator filio ... berto I. clientelari nomine tradidit, quæ ... eo tempore Domus Habſpurgica in ſua ... per tenet ditione.

*4. Quô pactô Styria, Carinthia, Carni...*
*Tyrolis obvenêre Auſtriacis?*

Provinciæ iſtæ poſt Caroli M. tempor... quæque Dominis parebant. Styria anno 11... emptione Auſtriaci juris facta eſt. Ca... la extinctis anno 1233. loci Marchionibus ... ſtriacorum poteſtati ſe ultrô ſubjecit. C... thia anno 1332. annuente Cæſare Ludo... Bavaro clientelæ nomine Auſtriæ obve... T...

trolis Margarita Maultaſchia, ultimi Carin-
iæ Ducis & Comitis Tyrolenſis filia poſt ſi-
ſui obitum anno 1663. Auſtriacæ Domui
ſit.

## §. VI.

### e Principibus Imperii Eccleſiaſticis.

Hos eo recenſebimus ordine, quo in Im-
ii Comitiis conſidere ſolent.

*Quid de Archiepiſcopatu Salisburgenſi ſummatim memorandum?*

Sanctus Maximus ſub A. C. 474. Epiſco-
e ibi munus ſuſtinuit. At ubi biennio
a urbs illa à Gothis, aliiſque gentibus bar-
is funditus everſa eſt, annis 142. deſerta
in ruderibus jacuit, donec Theodo III.
ariæ Dux, urgente S. Ruperto urbem in-
ravit, atque Epiſcopatum Salisburgenſem
ndidit anno 616. Sanctiſſimus hic Præſul
copatui præfuit uſque ad annum. 623. An-
ſub Caroli M. tempora primus ibidem Ar-
piſcopus fuit anno 798.

*Quodnam fuit initium Ordinis Teutonici?*

Cùm Fridericus I. 1189. ſacram expedi-
nem in Palæſtinam ſuſciperet, Germana
bilitas eum certatim ſecuta eſt, quæ extin-
etiam Imperatore rem tam ſtrenuè egit,

ut Ptolemaidem, urbem munitiſſimam, cum
aliis Palæſtinæ locis expugnaret. Exinde ſ
bilis eiſdem ſedes Hieroſolymæ in monte
on attributa, ordóque Teutonicus ab Hen
co Solymæ Rege, probante Pontifice inſti
fuit, aſſignata in ſcutum Gentilitium nigra Cr
ce in albicante area. Magnus Ordinis Ma
giſter, S. R. I. Princeps, ſeſſionem obti
præ omnibus Epiſcopis, proximus ab Archi
piſcopo Salisburgenſi. Primus Ordinis Ma
giſter erat Henricus Walpott à Baſſenhei

3. *Quæ origo 22. Epiſcopatuum Germ*

1. Epiſcopatûs Bambergenſis fundator S. Henricus Imperator, qui primum Epiſco pum Eberhardum ſuum Cancellarium de minavit, anno 1006.

2. Herbipoli S. Bonifacius, Archiepiſco pus Moguntinus circa annum 740. S. Bu dum ad primam infulam Epiſcopalem ev Carolus M. Cæſar Ducatum Franconicum Epiſcopatui dono adjecit.

3. Wormatiæ jam anno 346. florebat chiepiſcopatus. Sed anno 744. translat Moguntiam, ut tamen Wormatienſis Epiſ pus eſſe perſeveraret.

4. Epiſcopatum Aichſtadianum S. Bo facius anno 740. erexit, cui omnium prim præfecit S. Wilibaldum.

Spiræ erat ipſo jam anno 346. Epiſco- nomine Jeſſius, qui cum pluribus aliis cilio Colonienſi interfuit. Quot verò E- opi ante ipſum rexerint illam Eccleſiam, ompertum eſt. Cæterùm Canonici Ca- drales Spiræ, Moguntiæ, Wormatiæ per- e ac in aliis Diœceſibus priſco illius tem- is more juncti in commune vivebant vitam cleſiaſticam, donec anno 969. ſeparatim vi- e, & habitare ſinguli cœperunt.

6. S. Amandus anno 346. Epiſcopatum ebat Argentorati, & ipſe præſens Conci- Colonienſi. Quinam Epiſcopi ante ipſum um Epiſcopale tenuerint, incertum eſt.

7. Anno 594. Conſtantiam Epiſcopatus ex ſta, ſed diruta urbe Vindoniſſa eſt tranſ- , cujus primus fuit Epiſcopus Maximus. Epiſcopatus omnium ampliſſimus cenſe- in Germania.

8. Auguſtæ Vindelicorum tertio ſeculo mus Epiſcopus præſedit S. Dionyſius, ibi- m in perſecutione Diocletiani Martyrio co- atus.

9. Epiſcopatum Hildeshemienſem Caro- M. fundavit, cui Guntharius omnium pri- s præfuit. In tota Saxonia ſub fatali Re- onis ſchiſmate hic ſolus Epiſcopatus in Ca- olicæ fidei veritate conſtantiam tenuit.

10. Paderbornenſi Epiſcopatui itidem Ca-

rolus M. initium dedit, & cathedralem q
dem Eccleſiam eo in loco condidit, in q
dum in caſtris Cæſareum Tentorium te
depangitur, copioſa aquarum ſcetabra ſe
perit, unde totus exercitus fuit recreatu

11. Epiſcopatui Friſingenſi ſub an
730 interventu Odilonis Ducis Bojci, S.
nifacius S. Corbinianum præfecit.

12. Epiſcopatus Ratisbonenſis ſub ann
239. itèm à S. Bonifacio inſtitutus eſt,
mo Epiſcopo Gaubaldo. Jam ante hunc
men alii exteri ibidem Epiſcopi præfuêre
abſque Epiſcopatu, & legitima ſucceſſ
Ejus generis fuerunt anno 640. Paulinus,
no 652 S. Martyr Emmeramus.

13. Epiſcopatus Laureacenſis à Theo
ne III. Bojariæ Duce anno 634. Bojod
ſive Paſſavium eſt translatus, poſtquam L
reacum ab Hunnis ferro, flammáque v
tum eſt.

14. Eccleſiæ Tridentinæ Jovinum
mum præfecit Epiſcopum S. Hermagor
piſcopus Aquileienſis, S. Marci Diſci
Eundem Epiſcopatum Theodoſius M. &
rolus M. póſtque hos Conradus II. mul
neficiis cumulârunt.

15. Brixinenſi Epiſcopatui Sabionæ
tunc erat binis circiter milliaribus B
diſtans; unde *Epiſcopatus Sabionenſis* voc

ſub annum Domini 350. fundato præeſſe
pit S. Caſſianus. S. Albuinus verò ineun-
ſeculo XI ſedem Epiſcopalem Sabionâ Bri-
am transferre ſtatuit.

16. Primus Baſileenſium Epiſcopus fuiſſe
itur S. Pantalus. Sunt tamen, qui præ-
fuiſſe ſcribunt Juſtinianum, alióſque plures
iſcopos, quorum nomina temporum inju-
i interciderunt. Epiſcopi porrò Baſileen-
ſedes, poſt Religionem Catholicam Baſileâ,
quatuordecim & ampliùs ſeculis floruit, exu-
re juſſam, Bruntrutum; Canonicorum verò
thedralium Arleshemium eſt translata.

17. Leodienſis Epiſcopatus à S. Materno
nno 101. Tungris primùm inſtitutus; indè
be hac ab Hunnis everſa, Trajectum trans-
tus, ac tandem Leodii ſtabilitus eſt.

18. Epiſcopatum Osnabrugenſem à Caro-
M. ſub annum Chriſti 776. fundatum pri-
as geſſit Wiſo vel Witho, donec multis
ſt ſeculis per pacta Monaſterienſia, exemplo
ra 17. Secula inaudito, alterna vice præeſſe
pit, nunc Epiſcopus Catholicus, nunc eo de-
dente, Princeps Lutheranus, ſacra inte-
m curante Archiepiſcopo Colonienſi.

19. Monaſterienſis (olim Mimigradenſis
Mimigardevordenſis) Epiſcopatus pariter
Carolo M. anno 788. fundatus, primum ve-
eratur Epiſcopum S. Ludgerum.

 29. Cu-

20. Curienſem Epiſcopatum alii ab ip- S. Petro inchoatum, & à S. Lucio continua- alii ſeculo IV. inſtitutum fuiſſe perhibent, ex quorum ſententia primus Curiæ Epiſco- fuit S. Aſimo, quem anno 451. Concilio Chal- cedonenſi interfuiſſe conſtat.

21. Primus Lauſannenſium Epiſcopus P- taſius Chlodovæi I. ætate etiamnum ſuper- fuit, anno 517. Urbe porrò tractúque Lau- nenſi à Bernatibus anno 1533. occupato, ſe- Epiſcopalis Friburgum Nuithonum tranſ- eſt.

22. Epiſcopatum in Valeſia primus g- S. Theodorus, qui anno 381. Concilio A- leienſi interfuit.

*4. Quot Germaniæ Epiſcopatus facto Eccleſia Orthodoxa divortio, profanati fu- & alienati?*

Sedecim, duo nempe Archiepiſcop- Bremenſis, quem Carolus M. & Magde- genſis, quem Otho M. inſtituit, cum Ep- patibus quatuordecim, nimirum Mind- Verdenſi, & Halberſtadiano, à Carolo M. datis, Caminenſi itèm, Suerinenſi, Racebur- ſi, Lubecenſi, Miſnienſi, Merſeburgenſi, N- burgenſi, Havelbergenſi, Brandẽburgico, Le- ſienſi, & Sleſvicenſi, qui omnes partim W- phalico, partim Saxonicis Circulis ſunt ſcripti.

*Quæ S.R.I. Præpoſituræ, & Abbatiæ Principes?*

1. Principem Abbatiam Fuldenſem Ord. Benedicti anno 744. S. Boniſacius Archie-opus Moguntinus inſtituit. 2. Campidu-ſem ejuſdem Ordinis anno 777. fundavit Hildegardis Caroli M. Auguſta Conjux. nceps porrò Fuldenſis perpetuus Impera-is *Archi-Cancellarius* eſt; Princeps verò mpidunenſis ejuſdem *Archi-Mareſcallus*. 3. gnus equitum Melitenſium Prior, idémq; I. Princeps, cujus ſedes Heitershemii in ſgoia, curat bona ordinis Melitenſis (ſe-lo XII. inſtituti) per Germaniam, Bohemiã-Hungariam &c. 4. Præpoſitura Elvacenſis in via à BB. Hariolpho & Erlolpho ejus fra-Lingonenſium Epiſcopis, anno 764. eſt data, erátque primùm Abbatia Ord. S. Be-d. indéque ab anno 1460. Canonicorum cularium equeſtri genere natorum Collegi-, & Princeps Præpoſitura. 5. Berchtols-denſem Præpoſituram Canonicorum Regu-ium fundârunt anno 1108. duo fratres & Comites Sulzbacenſes. 6. Abbatia Prumien-à Pipino Caroli M. parente Benedictinis imùm, dein anno 1526. Archiepiſcopo Tre-enſi ſupremo cum jure ac Dominio tradita ſt. 7. Weiſſenburgenſis Abbatia in Alſatia à Da-

à Dagoberto Galliæ Rege anno 629. itid... Ordini S. Benedicti, dein anno 1526. Cano... cis ſecularibus, ac tandem Epiſcopo Spire... eſt attributa. 8. Abbatia Stabulenſis Ord... S. Bened. in Leodienſi Diœceſi primordia ... refert ad annũ 657. fundata à Sigeberto Auſt... ſiæ Rege. 9. Abbatiam Corbejenſem ej... dem Ordinis in Circulo Weſtphalico ſub ... num 822. fundavit Ludovicus Pius, Cæſar. ... Abbatia Murbacenſis, & Luderenſis Ord... S. Bened. in Alſatia, cui utrique unus idêmq... Abbas præeſt, in Comitiis antehac ſeſſione... & ſuffragio gaudebant; ſed modò ſub Ga... ca ſunt ditione. Fundator erat Eberhardus A... lemanniæ Dux anno 724. Principem por... Abbatiam Hirsfeldenſem Haſſo-Caſſelanu... Saalfeldenſem verò Saxo-Saalfeldenſis D... occupavit. Utraque Ordinis S. Benedicti era...

*6. Quæ S.R.I. Principes Antiſtitæ Cathol...*

1. Antiſtita Eſſendienſis, in Ducatu Mo... tano. Collegii Nobiliũ Virginum Fundator ... S. Altfridus Epiſcopus Hildeſienſis ſub ann... 860.

2. Buchavienſis ad lacum Plumarium ... Svevia, ubi ſancta Adelindis S. Hildegar... Imperatricis Soror, ſeculo VIII. Nobilium p... ter Virginum Collegium condidit.

3. Andlavienſis in Alſatia, ubi Princip... No...

Nobilium Virginum Parthenonem anno 880 fundavit Richarda, Caroli Craſſi Auguſta Conjunx.

4. Lindavienſis in urbe Imperiali Lindavia, ubi ineunte ſeculo IX. Adalbertus Comes Rhætiæ Curienſis Collegium Nobilium Virginum excitandum curavit anno 866.

5. Ratisbonæ Parthenonem Inferiorem ineunte ſeculo X. fundavit Juditha Conjunx Henrici I. Bojariæ Ducis.

6. Superiorem verò Parthenonem ibidem condidit Hemma Caroli Craſſi Mater ſeculo. IX.

Abbatiæ porrò Principes Quedlinburgenſis, Herfordienſis, Gerenrodenſis Gandersheimienſis &c. ab Eccleſia Orthodoxa deſcivere.

## §. VII.

## De reliquis Principibus S. R. I. Laicis.

### I.

### Antiquiores Principum Domus.

1. *Quæ origo Ducum Megalopolitanorum?*

Hi originem ducere perhibentur ab antiquiſſimis Regibus Vandalorum, nominatim à Genſerico, qui vivebat ſeculo V. quorum, utì & ſequentium Principum in varias ſtirpes, ac ramos propagatio ex genealogicis paſſim tabellis colligi poterit.

Quæ

*2. Quæ Exordia Domûs Wirtembergi*

Orti hi ſunt à vetuſtiſſimis Dynaſtis Be-telsbacenſibus, quorum quidam ſeculo I Hildegardem Caroli M. filiam in matrimo habuit. Conradus Beutelsbacenſis à Cæſ Henrico IV. auctus eſt Comitatu Wirte bergico ſub annum 1080. Eberhardus anno 1495. à Maximiliano I. Cæſare prim Wirtembergiæ, & Tecciæ Dux ſalutatus

*3. Unde Haſſiæ Landgravii oriundi?*

A priſcis Brabantiæ Ducibus, qui ge ſuum referunt ad Pharamundum Franciæ R gem. Henricus Magnanimus Brabantiæ D duos reliquerat filios, Henricum Manſvet & Henricum *Infantem* dictum, quòd jam tu parente fuit orbatus. Igitur hic jure m terno (Mater Thuringiæ Landgravia era ſucceſſit in Haſſiæ Landgraviatu, priorib Thuringiæ Landgraviis, qui & Haſſiæ Dom ni erant, anno 1247. extinctis.

*4. Unde orti Marchiones Badenſes?*

A priſcis Ducibus Zæringenſibus, quib parebat magna pars Helvetiæ, Alſatia, Bri goia &c. Quippe Hermannus primus Marchi Badenſis Parentem nactus eſt Bertholdum Zæringæ Ducem circa annum 1050.

5. *Quis Ducatûs Holſatiæ Auctor?*

Ferunt Wittekindum conditorem dicti Ducatûs fuiſſe. Ad noſtra tempora ſi propius accedamus, conſtat Theodorico *Fortunato*, Comiti Oldenburgico filium fuiſſe, qui primus Holſatiæ Dux, demum Rex Daniæ fuit anno 1448.

*Qui natales Ducum Saxo-Lavenburgicorum, & Principum Anhaltinorum?*

Ambo originem referunt ad Electores Saxoniæ; illi quidem ad Albertum anno 1285. hi verò ad Bernardum, filium Alberti Urſi. Stirps Saxo-Lavenburgica exaruit, ſed Anhaltina hodiedum floret.

# II.

## Recentiores Principum Domus.

*Quando, & à quo Comites ab Aremberg evecti ſunt ad Principum dignitatem?*

Primus hunc honoris gradum conſcendit Joannes Comes ab Aremberg anno 1565. ſub Cæſare Maximiliano II.

*Quinam in Principum Collegium cooptati à Cæſare Ferdinando II.?*

1. Vetuſtiſſima Comitum Stirps Zollerana, cujus primordia fluunt à Rege Franciæ Pharamundo, dein à Guelphis Altorffii in Suevia

via Comitibus: Principatûs inſignia accepit anno 1623. 2. Domus Lobkowizia perantiqua Bohemiæ Stirps anno 1624. 3. Domus Salmenſis pervetuſta, orta ex Wildgraviis & Rheingraviis, Principatûs nomen obtinuit anno 1623. 4. Comites Dietrichſteinii ex Carinthia 1622. 5. Comites Liechtenſteinii anno 1623.

*3. Qui verò à Cæſare Ferdinando III.?*

1. Comites Naſſovienſes anno 1654. 2. Comites Auersbergenſes 1653. 3. Comites Friſiæ Orientalis. 1654. 4. Piccolomini è nobiliſſima Hetruriæ familia 1654.

*4. Quoſnam ad hunc honoris apicem evexit Cæſar Leopoldus?*

1. Landgravios Fürſtenbergicos antiquiſſimæ proſapiæ, utpote ex Agiloſingico ſtemmate prognatos. Ex his Stirps Heiligenbergenſis Principis dignitate aucta eſt anno 1664, eáque extincta, Domus, Möſskirchenſis & Stühlingenſis 1716. 2. Comites Schwarzenbergicos ex antiquiſſimo ſtemmate Comitum de Seinsheim 1671. 3. Comites Oettinganos jam inde ab Othonis M. ætate florentiſſimos 1674. 4. Portianos ex Foro Julio. 1662. 5. Mansfeldios 1696. 6. Schwarzenburgicos. 1697. 7. Domus porrò Eggenbergica, anno 1623. & Croyenſis anno 1666. in S. R. I. Principum Collegium cooptata, extincta eſt.

5. Q

*Qui S. R. I. Principes creati à Joſepho I.?*
1. Lambergenſes 1707. 2. Trautſonii 1711. 3. Löwenſteinii 1711. quibus Carolus VI. hodiernus Imperator adjunxit Principes Waldeckenſes.

## Obſervationes ad partem primam.

*In quo Imperii Romano-Germanici felicitas ſita eſt?*

In eo, ut membra, ſeu Status Romani Imperii cum ſuo Capite, nempe Cæſare, ſecundùm Imperii ſtatuta, arctiſſimè ſint conjuncti, nec in ſua duntaxat commoda, ſed totius Imperii ſalutem, ex antiqua fidei Germanicæ integritate, unicè ſint intenti.

*Quæ jura ſuprema Majeſtatis Cæſareæ?*

1. Cæſar ſupremum jus habet in totum Romanum Imperium. 2. Reges, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles &c. creare poteſt. 3. Beneficia Imperii clientelaria omnibus Imperii ſtatibus, exacto ab iiſdem fidelitatis ſacramento, confert. 4. Academias erigit, aut confirmat. 5. Novas condit civitates, eáſque peculiaribus favoribus & privilegiis ornat, ut taceam plures alias prærogativas, quas *Regalia* ſeu *Reſervata* Imperatoris vocant,

3. *Quid*

### 3. *Quid ſunt Imperii comitia?*

Eſt omnium Imperii ordinum Conven-
tus, à Cæſare, monitis priùs per Legatos Ele-
ctoribus, coactus, in quo de magni mome-
ti negotiis in Imperii emolumentum delib-
ratur, & conſultatur.

### 4. *Quæ Comitiorum Methodus?*

1. Imperator aut ejus Legatus (vulg
*Principalis Commiſſarius*) res deliberandas pro
ponit. 2. Harum capita ſcripto tradunt
tribus ſtatuum Collegiis. 3. *Præſtituta* di
Collegia ſingula in ſuo quodque ſenaculo co
gregata, conſilia ineunt, privatimque ſu
ferunt ſuffragium, Principes quidem viriti
imò & reliqui; ità tamen, ut horum poſteri
orum ſuffragia nonniſi pro numero claſſiu
ſeu ſubſelliorum ſupputentur, ùt ſuprà dictu
eſt pag. 26. & 28. 4. Hac conſultatione fi
ta, Collegia Electorum & Principum in un
conveniunt locum, & ſuffragia ſeorſum l
in commune conferunt. Indè advocatis qu
que civitatum delegatis ſuam aperiunt, ac
rum viciſſim exquirunt ſententiam, in qu
ſi plures iverint, hæc Cæſari probanda off
tur, qui approbandi, aut reprobandi jus h
bet, etiamſi omnes concordâſſent. *Quòd*
ordinum ſententiam ratam habuerit *Cæſ*
*h*

in tabulas relata, poſt Cæſaris, ordinúm-
ſubſcriptionem conſtitutio, ſeu *Receſſus*
perii appellatur, vímque legis obtinet. Va-
tibus porrò ordinum ſententiis, de inte-
repetitur conſultatio, diſquiritúrque num
ratione omnium, aut plurium ſaltèm con-
ſus obtineri poſſit. Sin minùs; ſuffragia,
diſcordantia, cum Cæſare tamen com-
nicantur, cujus ſolius eſt decretoriam pro-
ciare ſententiam.

5. *Quis Comitiorum ingreſſus?*

Si Cæſar ipſe præſens, hunc Electores è
tio ad templum comitari antehac conſue-
hoc ordine:

*Trevirenſis.*
*denburgus cum Sceptro.* — *Bavarus cum Imperii Pomo.* — *Palatinus cum Corona.*
*Saxo cum Gladio.*
*ntinus.* — *Imperator.* — *Colonienſis.*
*Bohemus.*

emplo pro auſpicato Comitiorum ſucceſ-
lemne fit Miſſæ Sacrificium. Quo pera-
ad locum Comitiis deſtinatum diſceditur.

6. *Quis ibidem ſedendi ordo?*

Cæſar ſolio inſidet tribus gradibus diſtin-
ſub conopeo Electorum ſedes duobus,
cipum uno gradu attollitur. Ordo eſt
ens.

 *Im-*

| | | |
|---|---|---|
| | *Imperator.* | |
| *Moguntinus.* | *Rex, ſi quis eſt* | *Trevirenſis* |
| *Bohemus.* | | *Colonienſis* |
| *Bavarus.* | *Romanorum, è* | *Saxo.* |
| *Brandenburgus.* | *regione Cæſaris.* | *Palatinus* |
| *Brunſvicenſis.* | | |

*Archi-Dux Auſtriæ. Antiſtites Au-Principes L*
*Principes Eccleſiaſtici, guſtanæ Conſ. Comites.*
*& Abbates.*

*Delegati Civitatum.*

*7. Quo demum modo terminantur Comitia*

Quæ in his decreta fuêre, ſummatim com-
prehenſa in membranas ſeu tabulas refer-
tur, Cæſaréque & ſtatibus præſentibus, à Mo-
guntino, Imperii *Archi-Cancellario*, recitantur
ad quæ exſequenda Imperator ordines pau-
cohortatur, sicque Comitiis finis imponitur.

*8. Cur Imperii Comitia, Ratisbonæ adhu-*
*fieri ſolita, dicuntur continua?*

Quia jam indè à 20. Januarii anni 16
in hanc uſque diem perdurant. His ſemp
è S. R. I. Principibus Cæſaris vice ac nomi
præeſt Legatus, ſeu *Principalis*, ùt voca
*Commiſſarius.* Cæterorum pariter Ordin
delegati ſuorum quisque Dominorum nomi
Imperii negotia tractanda ſuſcipiunt.

9.

9. *Quæ Electorum munia primaria?*

Tres Electores Eccleſiaſtici ſunt S R. I. [A]chi-Cancellarii, utì ſuprà c. 3. meminimus. [Bo]hemus eſt Archipocillator, Bavarus Archi-[da]pifer, Saxo Archimareſcallus, Brandenbur-[gus] Archicamerarius, Palatinus Architheſau-[ra]rius.

. *Quid ſibi volunt officia hæreditaria?*

Singuli Electores ſingulos habent muneris ſui vicarios, qui abſentium vices expleant, [ha]ncque dignitatem jure hæreditario ſemper [te]neant; unde officia *hæreditaria* appellan-[tur]. Comites Althanenſes ſunt hæreditarii [S.]R.I. Pocillatores, Comites Waldburgen-[ſes] Dapiferi, Comites Pappenheimii Mare-[ſca]lli, Principes & Comites Zollerani Came-[rar]ii, Comites Sinzendorffii Theſaurarii.

*Quandonam Germaniæ Epiſcopi cum Abbatibus quibusdam appellari cæperunt S. R. I. Principes?*

Quamvis hi jam indè à Caroli M. temporibus [ad] Imperii Comitia convenerint; Principis [tam]en titulum iisdem jam tunc fuiſſe adſcri-[ptu]m haud ſatis conſtat. Id verò exploratum [hab]emus, à Cæſare Othone M. ejúsque ſucceſ-[ſor]ibus quàm plurimos nominatos fuiſſe S.R.I. [Pri]ncipes Eccleſiaſticos. Hodie Germaniæ

Epiſcopi à Cathedralium Canonicorum ſena-tu eliguntur, qui à ſummo dein Pontifice in-augurantur, à Cæſare verò tanquam S. R. I. Principes in fidem & clientelam recipiuntur.

*12. Num hæc dignitatis acceſſio detrimenti quid attulit Imperio?*

Id nonniſi heterodoxi, jurati Eccleſiæ Ca-tholicæ, & ſacerdotii hoſtes pro more ſuo com-miniſcuntur; quippe omnibus notum eſt Principes Eccleſiaſticos ex fundis clientela-bus ad communia Imperii onera ferenda fi-ciam conferre operam, ſuisque ſuffragiis in Imperii Comitiis nihil adhuc detrimenti, e-molumenti verò plurimum attuliſſe Reipub-licæ.

*13. Quando S. R. I. Principes laici fuêre inſtituti?*

Caroli M. temporibus Provinciæ pleræq; omnes vicario nomine adminiſtrabantur, ſtirpe Carolina exſpirante, Præfecturæ hæ fa-ctæ ſunt hæreditariæ.

*14. Ecquod diſcrimen Comites inter Pala-nos, Marchiones, Landgravios, & Burggravios?*

Olim Comites Palatini Palatii Cæſarei, Marchiones limitum Imperii, Landgravii Pro-vi-

ciarum, Burggravii caſtri Cæſarei, ſeu Re-
( quales tunc pluribus in locis habebant
peratores) Præfecti erant, ac Prætores.

## *Quæ origo Comitum, Equitum, & urbium Imperalium?*

Comites ſecundùm etymon Latinum in-
ppellati fuiſſe videntur, quòd Imperato-
& Reges ſuos, quorum ſupremi erant Præ-
i, & Aulæ Miniſtri, *comitari* ùt plurimùm
ſueverint. Secundùm etymon verò Ger-
icum nomen traxiſſe videntur à *canis*, ſive
itie, quòd Reges, Ducésque Germanorum
m in ſupremos Aulæ Miniſtros, judiciorum
ſides, locorum Præfectos &c. non alios
umque ſibi delegerint, quàm qui pruden-
, doctrinâ, virtute, uſu & experientiâ ac
inde ætate & *canitie* venerabiles omnibus
nt ac ſpectabiles. Et quanquam dignitas
c hæreditaria non erat; filii tamen, ſi mo-
idonei cenſebantur, raró à ſucceſſione ex-
debantur. Deficiente porrò Caroli ſtem-
e, hæc quoque munia, utì plura alia, an-
ata fuêre. Comitum nihilominus & no-
n & dignitas ad poſteros eſt propagata.
de ſenſim non pauci ob potentiæ & aucto-
tis prærogativam Imperii Ordinibus ſunt
ipti, quos inter Liberi quidam *Barones*
o cum Comitibus ſeſſionis ac ſuffragii jus

 obti-

obtinent. 2. Nobiles Imperii jam indè à Caroli M. temporibus inclaruêre. Imperii quondam ſtatibus annumerati cum jure ſeſſionis & ſuffragii, quo tamen hodie carent. Dividuntur in tres claſſes, nempe in Suevicam, Franconicam, & Rhenanam. 3. Civitates Imperiales diutini potiſſimùm illius interregni, & Caroli IV. tempore in libertatem ſeſe aſſeruêre.

*16. Quid eſt Imperii Matricula?*

Eſt album, ſive index, ubi non ſolùm Imperii ſtatuum nomina ſingula deſcripta ſunt, ſed inſuper deſignatur, quid, quantúmve cuivis ſtatui ad communes Imperii expenſas ſit contribuendum.

# PARS II.

*De' aliis Europæ Regnis.*

Hic agendum primò erit de regnis Catholicis, & quidem ordine geographico, initium ducendo á Luſitania: dein etiam de cæteris Europæ Regnis, quibus annumeramus Moſcoviam, & Turciam, utpote quæ potentiâ, & amplitudine pleraque regna facilè ſuperant.

*C*

# CAPUT I.

## *De Regnis Catholicis.*

## §. I.

## De Luſitania.

lemorabiliores Luſitaniæ periodi ſunt 1. taniæ ſtatus ſub priſcis Romanis. 2. Sub dalis & Gothis. 3. Sub Mauris. 4 Sub ibus Chriſtianis è ſtemmate Burgundico. ub Hiſpanis. 6. Sub Luſitanis Brigantiæ ibus.

1. *Quis antiquæ Luſitaniæ ſtatus?*

Hæc ante Chriſti ortum erat Romana Procia, *Luſitanica* dicta; in quinto ſeculo ſutenêre primò Vandali, dein Gothi, qui paniam juxtà ac Luſitaniam in poteſtatem egerunt. Denique anno 713. utramque rovinciam Mauri ex Africa profecti inunrunt, & potiorem partem ſuo ſubjecêre imrio.

*Quo pacto, & quando Luſitania peculiare eſſe Regnum cœpit?*

Henricus Burgundiæ Comes, militari glo inclytus heros, inito ſub annum 1090. cum araſia, vel Thereſia, Alphonſi VI. Caſtel Regis filia matrimonii fœdere, in dotem acce-

accepit, quæ Alphonſus ſocer in Luſitania id temporis poſſidebat. Hic proin Henricus quaſdam Maurorum urbes expugnare cœpit: fi-us verò Alphonſus I. eosdem totâ expulit Luſitaniâ, poſteaquam in pugna decretoria quinque Maurorum Regibus fuſis, fugatisque, plenam obtinuit victoriam, primus exinde Luſitaniæ Rex ſalutatus.

### 3. *Quæ Luſitaniæ inſignia?*

Arca ſcuti argentea quinque coloris cœrulei ſcutula exhibet, quorum ſingula quin- punctis, quinque Chriſti plagas referentibus ſunt diſtincta. Quippe cùm Alphonſus prælium cum quinque Saracenorum Regibus initurus, trepido prorſus eſſet animo, confirmatus à Chriſto, ac vexillum quinque ejusdem vulneribus inſignitum, juſſus attollere, glorioſam omnino retulit victoriam.

### 4. *Qua ratione Luſitania, regnante Joanne II. & Emanuele, ad tantum potentiæ, & magnificentiæ faſtigium aſcendit?*

Joannes navigatione in Indias Orientales ſub an. 1490. primò ſuſceptâ magnis Luſitaniam opibus, fortunisque locupletavit, ut po- multò majoribus Emmanuel ſucceſſor, n- te qui magna Braſiliæ parte in America, n- paucis Aſiæ, Africæque regionibus in di-

m ſuam redactis mercaturam, quæ Reipub-
cæ nervus eſt, maximopere promovit. Jo-
nes III. ut populos, ſub jugum ſuum miſ-
s, Chriſto quoque & Eccleſiæ ſubjiceret, S.
ranciſcum Xaverium anno 1541. ad Indias
ittendum curavit eo ſucceſſu, ut Thoma
zio teſte, *univerſi hæretici ab Eccleſiæ Chri-*
*anæ conſtitutione per annos mille quingentos &*
*mpliùs haud traduxerint ad hæreſes ſuis tot gen-*
*s, aut idololatras, aut alioquin à Chriſti cultu*
*lienas, quot unus Xaverius ad cultum Chriſti an-*
*is undecim* (decem, & menſibus aliquot) *tot*
*im fuit in Indiis vir iſte admirandus.*

5. *Quo caſu Luſitania Hiſpaniæ juncta eſt?*

Cùm Rex Sebaſtianus anno 1578. expedi-
ione adversùs Mauros ſuſcepta, vel in acie,
vel in captivitate occubuiſſet, Cardinalis Hen-
ricus propatruus Regni gubernacula capeſſe-
bat. A cujus obitu Philippus II. Hiſpaniæ Rex
eò rem deduxit, ut à Luſitanis Rex promul-
garetur anno 1580.

6. *Quamdiu Luſitania Hiſpanis paruit?*

Uſque ad annum 1640. quo Luſitani die
natali Domini, Hiſpanis abire juſſis, Joannem
II. Bragantiæ Ducem ad Regni ſolium eve-
xerunt, & quidem, quod mireris, citra ſan-
guinis effuſionem, ſi Vaſconcellum, præci-

 puum

puum Margaritæ Proreginæ Hiſpaniæ conſiliarium ea occaſione occiſum, excipias.

7. *Quamdiu decertavit Hiſpania pro Luſitania recuperanda?*

Viginti omnino annis bellatum eſt, quoad tandem victoria cum Luſitaniæ Regno ceſſit Bragantiæ Duci, aſſentiente demum Hiſpaniæ quoque Rege.

8. *Quis hodie Luſitaniæ imperat?*

Joannes V. è Domo Bragantina, cujus Conjux Maria Anna, Imperatoris Leopoldi filia.

## §. II.

## De Hiſpania.

Hìc ſequentes obſerva periodos. 1. Hiſpaniam incoluerunt Celtæ, Galliæ populi, dein Phœnices, & Carthaginenſes. 2. Poſt hos ante Chriſtum natum Regiones iſtæ Romanis ceſſerunt. 3. Vandali, Suevi, Alani, vetuſtiſſimi Germaniæ populi, imperante Honorio Cæſare, Hiſpaniam occupârunt. 4. Hi ipſi quinto pòſt ſeculo à Gothis pulſi, Regnum exinde Gothicum fundârunt. 5. Seculo VIII. Mauri totam propè Hiſpaniam inundârunt, annisque fermè octingentis tenuêre. 6. Indè Hiſpaniam pactis nuptialibus Auſtriaci; 7. Ac

c tandem Philippus V. ex Regia Galliæ Do-
mo Borbonica obtinuit.

*Qui populi uſque ad Gothorum Regnum Hiſpaniam tenuêre?*

Celtæ, Gens Gallica primi incoluêre, qui
cùm ad flumen Iberum conſediſſent, Celti-
beri ſunt appellati. Phœnices ſubin, & Car-
thaginenſes eum Hiſpaniæ tractum occupâ-
runt, qui ad meridiem è regione Africæ poſi-
tus eſt. At ubi Carthago à Romanis an. 146.
ante Chriſti ortum everſa eſt, tota Hiſpania
in eorundem poteſtatem venit. Tandem,
collapſo Honorii Cæſaris temporibus Occi-
dentis Imperio, Vandali, Suevi, & Alani Hi-
ſpaniam ſubegêre, haud multò pòſt à Gothis
indè ejecti.

2. *Qua ratione Gothi Hiſpaniam obtinuêre?*

Hi è magna Peninſula Scandinavia, ubi
hodie Suecia, & Norwegia, ad Danubium pro-
fecti, ibique bifariam diviſi, alii ad Orientem,
ad Occidentem alii ſeceſsêre: unde illi *Oſt*-ſive
*Oſtrogothi*, hoc eſt, Orientales; hi verò *Weſt*-
ſive *Viſigothi* ſeu Occidentales appellari cœ-
perunt. Hi dein Hiſpaniam; ii verò longo
pòſt tempore Italiam invaſêre. Huc perfidiâ,
& malis artibus Stiliconis, qui Honorii Cæſa-
ris Tutor erat, pellectus Alaricus Gothorum
Rex,

Rex, anno 410. Romam cepit, & expilavit, cujus Succeſſor Ataulphus, Placidiam duxit, Honorii Cæſaris ſororem, oblata in dotem Galliæ parte, ut hoc pacto Italiâ excederet. Ataulphus hic Gothorum primus in Hiſpania regnâſſe creditur, ut qui jam anno 414. ad montes Pyrenæos conſederat, quamvis id temporis ad Regni interiora necdum penetrârit. Nec multò poſt morte ſublatus, Sigericum ſucceſſorem nactus eſt, qui ſex haud ampliùs menſes regnavit. Vallia contrà Rex tertius, annos tredecim imperavit, primóque ſtatim Regiminis anno, à Chriſto nato 416. in Hiſpaniam movit, ex qua Vandalos, & Alanos penitus ejecit, Suevos autem in Gallæciam uſque recedere coëgit. Hi proximéque ſequentes Gothorum Reges plerique omnes ſectæ Arianæ adhæſerant, quoad tandem anno 586. Recaredus Rex decimus ſeptimus, S. Hermenegildi Martyris frater ejurata Ariana impietate, Religionem Catholicam in univerſam Hiſpaniam invexit.

### 3. *Qua occaſione Mauri An. 713. in Hiſpaniam penetrârunt?*

Hos tanquam DEI vindicis flagellum ſceleribus ſuis, luxuriâ præcipuè, regnorum omnium peſte exitioſiſſima, accerſivêre Vitiza, ejúsque Succeſſor Rodericus, Reges ambo nomine,

ine, reapſe abjectiſſima Veneris mancipia, quorum poſterior cùm Juliani Comitis, Sep- ſive *Ceucæ* tunc præfecti, filiam violâſſet, rens graviſſimam hanc injuriam ulturus, Sa- cenos ex Africa in Regis, totiúſque Hiſpa- æ perniciem evocare non dubitavit. Atque nihil cunctati, expugnata Hiſpali, partá- que ad Methymnam Sidoniam ingenti victo- ia, rapidiſſimi torrentis inſtar, univerſam pro- inundârunt Hiſpaniam, quæ paucas intra oras tantam fecit jacturam, ut Hiſpanorum eliquiæ octonis adeò ſeculis, quibus Mauri n Hiſpania dominabantur, eidem ſarciendæ ix pares fuerint. Devicti porrò Hiſpani in Le- onis, Aſturiæ, & Gallæciæ montes ſe rece- re, ubi an. 717. Pelagium heroëm fortiſſi- um Regem proclamârunt.

## *Quæ Hiſpaniæ facies Mauris tyrannidem occupantibus?*

Hiſpani in montium latibulis abditi, fa- a identidem excurſione, Maurísque velitari ugna ſæpius laceſſitis, alias, atque alias urbes um tractu circumjacente recuperârunt. In- è varia pedetentim orta ſunt regna, primò idem Aſturiæ, dein Navarræ, & Caſtellæ, pluribus Caſtellis, contra Maurorum incur- nes exſtructis, ſic appellatæ: Arragoniæ itèm, egionis & Gallæciæ. Poſtquam igitur Hi-ſpani,

ſpani, elapſis tot ſeculis, ſtabilem denuò fixe-
runt ſedem. Mauris Murciâ, Valentiâ, Luſi-
taniâ, & Cataloniâ pulſis, ſolum tandem
Granatæ regnum reliquum fuit.

5. *Quis Mauros omnes totâ ejecit Hiſpaniâ?*

Id demum poſt octo annorum bellum an-
no 1492. effectum dedit Ferdinandus Rex, qui
eam ipſam ob cauſam *Catholicus* appellatus, qui
proin omnia ferè Hiſpaniæ Regna ſuam in po-
teſtatem ac ditionem redegit Is ipſe auctor
fuit *ſacræ Inquiſitionis*, qua Hiſpania ab omni
hæretica, & Saracenica &c. lue intacta in hanc
uſque diem conſervata eſt. Eodem regnante
Inſulæ Americanæ à Chriſtophoro Colum-
ſunt detectæ.

6. *Qua ratione Hiſpania Domui Au-ſtriacæ obvenit?*

Ferdinando Catholico filia unica erat J-
anna, quæ Philippo Auſtriæ Archi-Duci, Cæ-
ſaris Maximiliani I. filio nupta, dotem attu-
Hiſpaniam univerſam, duóſque eidem pe-
rit filios, Carolum V. Cæſarem ſimul & H-
ſpaniarum Regem, ac Ferdinandum I. cui Ca-
rolus frater biennio antè, quàm è vita migra-
Romano-Germanicum ceſſit Imperium, H-
ſpaniæ Regnis in filium Philippum II. tran-
latis. Philippus hic Monarchiam ad ſumm-
pon-

potentiæ faſtigium evexit; quæ tamen regnante Philippo III. ejúsque filio Philippo IV. inclinare nonnihil cœpit, donec Carolo II. anno 1700. è vivis ſublato, ſtirps Auſtriaco-Hiſpanica prorſus exaruit.

*Quo tandem pacto Borbonica Regum Galliæ Domus Hiſpaniam obtinuit?*

Cæſar Leopoldus Caroli II. Hiſpaniæ Regis ſororem natu minorem, majorem verò Ludovicus XIV. Franciæ Rex in matrimonio habebat, Unde uterque Hiſpaniam jure hæreditario ſibi vindicare parabat. Ac Ludovici quidem conjunx juri huic pridem ſolemniter ritéque renunciaverat: ſed interceſsére ejus poſteri, obnitente exadverſum totis viribus, júsque ſuum perſequente Domo Auſtriaca, quoad tandem poſt quatuordecim annorum bellum Philippo V. Hiſpania, Auſtriæ verò Neapolis, Sicilia, Mediolanum, & Belgium Hiſpanicum obvenit, quæ dein partitio, fœdere Viennæ Auſtriæ an. 1725. inito, rata utrinque eſt habita.

## §. III.

## Gallia.

Hic paucis memorabimus 1. Galliæ ſtatum ante & poſt Francorum adventum. 2. Fran-

Franciæ Reges è triplici ſtirpe oriundos, nem-
pe Merovingiorum, Carolinorum, & Cape-
tiorum, ad quorum poſtremam Valeſii quoq;
& Borbonii Reges originem ſuam referunt.

### 1. *Quis Galliæ ſtatus ante Francorum adventum?*

Diverſi, utì olim in Germania, hominum
cœtus, ſive minores reſpublicæ regionem il-
lam obtinebant, donec à Julio Cæſare in Ro-
manæ Provinciæ formam redacta eſt.

### 2. *Quando, & quomodo Franci in Gallias transmigrârunt?*

Populi intra mare Germanicum, Viſurgin
& Salam fluvios ſiti non diu poſt Cæſaris Au-
guſti tempora excuſſo Romanæ dominationi
jugo *Francos*, hoc eſt liberos ſe nuncupârunt
Hi, Rege Pharamundo ductore an. 420. ſupe-
rato Rheno, factâque in Galliam irruptione,
firmum tamen pedem figere tum necdum
poterant, ſed hæc gloria Merovæo debebatur

### 3. *Quid de Merovingica ſtirpe Regum Franciæ memorandum?*

Merovæus Rex tertius, qui Pharamundo
& Clodioni ſucceſſit, auctor erat ſtirpis hu-
jus, è qua trecentorum triginta duorum anno-
rum intervallo duo & viginti Reges Franciæ
im-

peràrunt. Monarcha hic anno 448. totius Galliæ poſſeſſionem adiit. Hujus Nepos Clovæus ſuaſu & impulſu conjugis ſuæ Clotildis Chriſtiana ſacra ſuſcepit poſt prodigioſam omnino victoriam à Germanis reportatam. Poſteriores, ex eadem hac proſapia Reges otio & voluptatibus ità diffluebant. ut omni Reipublicæ curâ abjectâ., univerſam regiminis molem ſupremo cuidam Præfecto, quem *Majorem Domûs* vocabant, impoſuerint. Childericus Merovingiorum Regum ultimus, quòd ad regendum prorſus eſſet inhabilis, regno exutus, & in Monaſterium eſt detruſus, ſurrogato, & in Regni ſolium evecto Pipino, qui ad id uſque temporis Franciæ Regnum ſummâ cum laude adminiſtrârat.

## *Quid ſummatim memorandum de altero Carolinorum ſtemmate?*

E ſtirpe hac, quæ à Carolo M. Pipini filio nomen trahit, ducentorum quinque & viginta annorum decurſu Reges tredecim nunquam interrupta ſerie in Gallia regnârunt. Verò quemadmodum Carolus M. eximia ſua virtute ac fortitudine ſupremum honoris & gloriæ faſtigium conſcendit, quando an. 800. collapſum Occidentis Imperium denuò inſtauravit, ac præter Galliam, Germaniam inſuper atque Italiam in ditione ſua tenuit: ità tanta

G fortu-

fortunæ & gloriæ incrementa in ejusdem po
ſteris mox iterum imminui cœpêre, cùm quò
Provinciæ hæreditariæ in plures fuerint di
ſæ; tum quòd poſteriores è Carolinorum pr
ſapia Reges nec ſe, nec ſuos regere nôrint
gubernare. Poſtquam igitur Carolinorum u
timus Ludovicus V. cognomento NIHIL F
CIT, ſinè hærede obiit, Hugo Capetus, P
riſiorum Comes, Franciæ Rex inauguratus

### 5. *Quid de Regibus Capetinæ ſtirpis commemorandum?*

Ex hac ſtirpe intra trecentorum quad
ginta annorum periodum Reges quatuor
cim ordine continuo, ſibi ſucceſsêre.
temporis intervallo tria potiſſimùm mem
tu digna evenêre. I. Bellum grave & diu
num Anglos inter & Gallos, qui juris, ſup
mique dominii retinentiſſimi, negabant, co
miſſuros ſe unquam, ut Gallico in territ
pedem figerent Angli, quamvis jus iſti
quod hæreditarium oſtenderent. 2. Expe
tiones ſacræ in terram ſanctam per annos
me ducentos ſummô quidem ſtud
at eventu minùs proſpero ſuſceptæ. 3.
ſenſiones graviſſimæ inter Bonifacium V
Pontificem, & Philippum IV. Pulchrum,
quòd communem Chriſtianitatis Patrem i
gnis modis accepiſſet, quin & captivum a

juſſiſſet, ab eximiæ ſanctitatis Epiſcopo clas ingentes prænuntiatæ, atque intentatæ nt, in filiorum quoque caput redundaturæ; iorum tres, qui parenti in regno ſucceſsêre, ultis magníſque calamitatibus conflictati, ſi hærede ſunt extincti, regno Franciæ ad leſiorum familiam, Capetinæ ſtirpis ramum anslato.

*Quid præcipua notatione dignum accidit, tredecim Valeſiæ ſtirpis Regibus Galliæ imperantibus?*

1. Prioribus quinque multum negotii faceſſebant Angli, qui ad ſummas tandem anguſtias Gallos adduxêre, donec mirabili DEI diſpoſitione ac providentiâ annô 1429. Puella paſtoritia, è Lotharingiæ pago oriunda, Anglorum faſtum obtrivit, & contudit. Hac eâ in duce, & auſpice, fractis Anglorum viribus, Gallia reſpiravit. Verùm invicta hæc Heroina anno inſequente capta, vivâque ab Anglis exuſta eſt, tanquam magiæ, hæreſis, & luxuriæ rea, quam dein Calliſtus III. Pontifex, causâ ejus recognitâ, diligentérque excuſſâ innocentem pronuntiavit. 2. Poſteri quinque reges gravi bellô cum Auſtriacis implicabantur, præcipuè Franciſcus I. cum Carolo V. Cæſare. 3. At longè atrocius bellum tribus poſtremis regibus imminebat à

 Cal-

Calviniſtis ſeu Hugonotis, qui non modò An-
glos & Germanos ſectarios, ſed ipſum adeò Ju-
ratum Chriſtiani nominis hoſtem Selimum Tur-
carum Tyrannum in Religionis, Regníque eu-
tium ſolicitare ſunt auſi, barbaris ipſis pſeudo-
Chriſtianorum iſtorum perfidiam execran-
bus, & ſuppetias negantibus. Fervente pe-
rò hoc bello, & inteſtinis ſeditionibus, urbs
ferme trecentæ in cineres redactæ, templa in-
numera direpta, & profanata fuêre, nec i-
punè tamen; quippe an. 1572. die 24. Au-
guſti, S. Bartholomæo ſacra, Regis Caroli IX
juſſu, plúra millia Hugonotarum tanquam re-
bellium, regníque turbatorum cæſa fuiſſe p-
hibentur. 4. Henricus III. Poloni Reg-
poſſeſſione haud multò antè adita, ùt prim-
de Caroli IX. fratris morte certior factus e-
in Galliam reverſus, Rex proclamatus eſt, b-
lóque iterum atque iterum ab Hugonotis,
tandem etiam à Catholicis laceſſitus, d-
Pariſios circumſidere parat, inopinato viol-
tæ manûs ictu percuſſus, regnô, vitáque e-
tur annô 1589. Unde deficiente Valeſior-
familia, quæ 260. annis regnaverat, reg-
Franciæ ad Domum Borbonicam, alterum C-
petinæ ſtirpis ramum florentiſſimum eſt de-
lutum.

*Quid de 4. Regibus Borboniis generatim memorandum?*

1. Henricus IV. Rex Navarræ, quòd alvini errores cum nutricis lacte ſuxiſſet, à alliæ ſtatibus repudiatus, jus ſuum armis per- qui aliquamdiu tentaverat; ſed irrito cona- Comperto tandem, nihil obſtare præter igionem, quò minùs Francorum Rex ab mnibus agnoſceretur, ſuos percontatur, u- mne in Religione Catholica obtineri poſ- ſalus? affirmantibus illis: *Quidni igitur*, in- it, *viam eligam compendiariam, atque expeditiſ- am, qua regni terreni ſimul ac cœleſtis poſſeſſio- adire certò poſſim?* Móxque orthodoxæ i dogmatis inſtitutus, ſummo omnium dinum conſenſu & acclamatione eſt recep- s, Religionis exinde orthodoxæ propugna- & vindex ſtrenuiſſimus, uti & Societatis SU.

Hanc hæretici & malevoli dudum iſiis, Galliáque universâ proſcriptam vo- ant; cùm ecce cauſam ad eam exagitan- n arripiunt ex attentato immani ſcelere, o Joannes Caſtellus è Societatis Scholis ad ademiam Pariſienſem nuper translatus, Re- m cultrô in os impactô ſauciaverat. Ac ét Societatem omni prorſus culpa vacare nſtanter aſſeverârit percuſſor; prævalente lominus invidia & calumnia, in exilium migra-

migrare juſſa eſt, erectâ Pariſiis infami pyrami-
de; quam tamen Rex ipſe, cognita objecto-
rum criminum falſitate, evertendam curavit,
ac Societatem, cujus innocentiam contra ob-
trectatorum calumnias ipſus potentiſſimè de-
fendendam ſuſcepit, in integrum reſtit-
ſummiſque deinceps beneficiis ornavit, de-
annô 1610. dum rhedâ per urbem Pariſien-
vehitur, ab amente parricida gemino in-
vulnere ingentem animam efflavit.

2. Ludovicus XIII. rebellibus Hugono-
iterata clade domitis, exardeſcente 30. anno-
rum bello, & Imperio & Eccleſiæ Dei long-
calamitoſiſſimo, fœdus adversùs Domum Au-
ſtriacam cum Sueco junxit. Obiit Rex P-
& Juſtus anno 1643.

3. Ludovicus XIV. bellis graviſſimis c-
Imperio, Domo Auſtriaca, Hiſpania, Ang-
Batavia &c. geſtis, regni ſui fines plurim-
dilatavit. Calvinianos ſolemni edictô a-
1685. in curia Pariſina vulgatô, ex unive-
Gallia ejecit. Hæreſi verò Janſenianæ, p-
ſtis inſtar in ipſa regni viſcera graſſanti, ſe-
extremum uſque vitæ halitum fortiſſimè ſe-
poſuit. Obiit Ludovicus, rerum geſtar-
gloriâ & celebritate verè Magnus an. 1715.

4. Ludovicus XV. Anteceſſoris Pronep-
hodie Gallici Regni habenas feliciter mo-
ratur.

# Appendix
## De Lotharingiæ Ducatu.

1. *Unde nomen illi inditum?*

Pars olim erat regni Lotharici, cujus nomen hodiéque retinet. Protendebatur illud Mari Mediterraneo per Provinciam, Delphinatum, Sabaudiam, Helvetiam, Alſatiam, Burgundiam, Palatinatum, Agrum Trevirenſem, & Colonienſem, Juliam, Cliviam Belgii Provincias univerſas ad mare uſque Germanicum.

2. *Quæ hodiernorum Lotharingiæ Ducum origo?*

Hanc iſti ex idoneorum Auctorum teſtimonio communem habent cum Habſpurgico-Auſtriacis, ab Archambaldo, Dagoberti Franciæ Regis Agnato oriundis. Ex hujus quippe Archambaldi ſtirpe bifariam diviſa, hinc Domus Habſpurgica in Alſatia, illinc Domus hodierna Lotharingica originem duxit.

3. *Quales quantíque Heroes hanc Domum illuſtrârunt?*

Nulla ex Europæ Principum Familiis tot tamque eximios belli Duces numerat, atque Lotharingica, utì tot ſacrarum expeditionum, rerúmque geſtarum monumenta luculenter demonſtrant.

Horum exempla æmulatus Carolus Leo-
poldus, ſupremus ſuperiore ſæculo Cæſar[ei]
exercitûs Dux Turcas ingentibus cladibus at-
tritos debellavit. Vienna ſummô conſiliô li-
berata, Barcanenſis, Strigonienſis, Mohacz-
ſis victoriæ ad poſterorum memoriam inſign[es],
Buda, aliæque quàm plurimæ urbes expugna-
tæ, Tranſilvania, Hungariáque tota Cæſari
aſſerta, Moguntia ac Bonna Gallis erepta &c.
tanti Ducis nomen famámque immortali-
ti conſecrârunt.

Leopoldus Joſephus Lotharingiam, quam
Parens pactis Neomagenſibus ſibi reſtituen-
dam, ob conditiones minùs æquas recipere
detrectavit, tandem per pacta Riſvicenſia A.
1697. recuperavit.

## §. IV.

## De Italia.

Agendum hic 1. de Italia univerſim.
De ſuperiore, ſive Boreali ejusdem parte,
Long-bardia. 3. De Italiæ Meditullio.
De ejusdem parte inferiore, ſeu Auſtrali.

*1. Quæ memorabiliores Italiæ periodi?*

1. Italia univerſa dudum ante Chriſti
tum ſub Romanorum poteſtate fuit, ejo
non uno ex loco prioribus inquilinis.

entis exinde Imperio , imperante Honorio , ad Occaſum vergente, Italiæ ſe primò infuderunt Gothi , Romámque ipſam expugnârunt An. 410. Anno dein 467. ſupervenêre Vandali Genſerico Duce, ubi Roma iterum capta,& quatuordecim diebus ipſis direpta fuit. Barbaros hoſce in Italiam evocavit Eudoxia, Imperatoris Valentiniani III. vidua, hac ratione necem à Maximo tyranno Valentiniano illatam , ultura. Odoacer porrò Herulorum Rex occupatâ annô 476. Italiâ, regios titulos ſumpſit, indè annô 493. initium datum regno Oſtro-Gothico à Theodorico. Gothis porrò à Beliſario, Cæſaris Juſtiniani Polemarcho debellatis, Regnum Longobardorum ab Alboino annô 568. fundari cœpit , poſtquam nempe Narſes, Juſtini Cæſaris in Italia Præfectus, illatam a Cæſaris Conjuge injuriam vindicaturus , Longobardos è Pannonia in Italiam evocavit. Poſteriores Longobardiæ Reges multum negotii faceſſebant Pontificibus Romanis, qui proinde â Pipino Galliæ Rege, indéque à Carolo M. Pipini filio , ſuppetias poſtulârunt, quas ambo actutum miſêre. Et Carolus quidem M. annô 774. Longobardicum Regnum ad extrema deduxit, ultimo Rege Deſiderio binis præliis devicto, & in exilium miſſo. Ex èo tempore Italiæ Regnum ipſe obtinuit, retinuitque uſque ad ma-

gnum Interregnum, quando ob Imperatorum & abſentiam, & diſtantiam varii Principatus ſunt exorti, qui pleríque omnes hodiéque vigent.

2. *Quid de ſuperiore Italiæ parte ſive Longobardia memorandum?*

Præmiſſa ejusdem diviſione, perbrevis cujusque partis deſcriptio ſpeciatim ſubjungitur. Longobardia ſequentes complectitur Ducatus: 1. Montisferrati. 2. Pedemontii. 3. Mediolani. 4. Mutinæ. 5. Parmæ. De duabus Rebuspublicis Veneta, & Genuenſi, huc pertinentibus, ſuô locô dicemus.

## Monsferratus, Pedemontium, Sabaudia.

Tres hi Ducatus Duci Sabaudiæ parent. Beroldus Sabaudiæ Comes è Caroli M. ſtemmate magna olim nominis celebritate inclaruit annô 1000. Odo IV. pactis conjugalibus Pedemontii Ducatum annô 1060. obtinuit. Amadeus VIII. à Cæſare Sigismundo an. 1416 primus creatus eſt Dux. Poſtea tamen abdicato ſua ſponte regimine Carthuſiam Ripalienſem ſubiit, vitam deinceps ſolitariam acturus. Fervente ultimo bello Hiſpanico hodiernus Sabaudiæ Dux Victor Amadeus II. Montisferrati Ducatum, indéque per acta U-

Trajectina Siciliæ Regnum, hócque Auſtriacis annô 1718. relicto, Sardiniæ Regnum, quod etiamnum poſſidet, indeptus eſt.

## Ducatus Mediolanenſis.

Hanc veteris Longobardiæ partem poſt collapſum occidentis Imperium cum maxima Italiæ parte Oſtro-Gothi, ac Longobardi ſua in poteſtate ac ditione tenuerant, donec Caroli M. armis Deſiderio erepta, ad Rudolphi Habſpurgici uſque tempora Romano Germanicis Imperatoribus ſubjecta permanſit. Ex eo tempore Ducatus hic ad diverſos eſt Dominos translatus. Primi erant è Familia Vice-Comitum, ſecundi è Domo Sfortia. Inde Galli aliquamdiu occupârunt: poſt hos verò per Carolum V. ad Hiſpanos, ac tandem per Carolum VI. ad Domum Auſtriacam annô 1706. eſt translatus.

## Ducatus Mantuanus.

Ab anno 1328. Marchiones ex Domo Gonzaga Ducatum hunc poſſedêre; Ducum tamen titulô primùm à Carolo V. inſigniti fuêre. In poſtremo bello Hiſpanico Dux Carolus IV. quòd à Gallia contra Cæſarem ſtaret, omni ditione ſua exutus eſt, cujus proin poſſeſſionem Cæſar adiit, pérque Præfectos ſuos etiamnum adminiſtrat.

## Mutina, & Mirandula.

Ducatus hic, utì & Ferrarienſis poſt magnum illud Interregnum Domui Eſtenſi obtigit; Mutinenſis quidem Cæſareæ, Ferrarienſis verò Pontificiæ clientelæ nomine. Pofteriorem hunc, ſtirpe Eſtenſi extincta, Ecclesia repetiit; alterum verò Ducatum Cæſar prioris Ducis agnato tradidit. Reinaldus, hodiernus Mutinæ Dux in bello Hiſpanico ab Auſtriacis ſtetit; unde aliquamdiu Ducatu ſuo orbatus eſt, quamdiu nempe Gallia armis prævaluit. Sed paulò pòſt in integrum eſt reſtitutus.

Principes Mirandulæ originem trahunt ex pervetuſta Picorum Familia. Joannes Picus dictus eſt ingeniorum Phœnix ſui ſæculi. Alexander primus Mirandulæ & Concordiæ Dux à Ferdinando II. Cæſare creatus eſt. Hodie Principatum hunc Dux Mutinenſis emptionis titulô poſſidet.

## Ducatus Parmenſis.

Paulus III. Romanus Pontifex Ducatum hunc Farneſiorum Domui clientelari jure tradidit annô 1545. Antonius hodiernus Dux fratris ſui Odoardi filiam Philippo V. Regi Hiſpaniæ in matrimonium collocavit. Quapropter horum filius Carolus Hæres, & Succeſſor

ſſor deſtinatus eſt, ſi fortè Dux Parmenſis ſinè liberis decederet.

3. *Quæ Regiones in Italiæ Meditullio ſitæ ſunt?*

1. Provinciæ ſummo Pontifici ſubjectæ.
2. Magnus Hetruriæ Ducatus.

## Territorium Pontificium.

Hoc nomine veniunt Provinciæ Romano Pontifici ſubjectæ, nempe 1. Campania Romana. 2. Patrimonium S. Petri, ſive totus ille terræ tractus, à Mathilde Hetruriæ Comite, Matrona lectiſſima, Eccleſiæ annô 1115. donatus. 3. Provinciæ illæ, quas Pipinus Galliæ Rex, ejúsque filius Carolus M. Eccleſiæ tranſcripſit. Ad S. Petri patrimonium præter alia pertinet Viterbium, Centumcellæ, urbs & portus nobiliſſimus, Mons Flaſconis, vinô Apianô celebris. Pipinus Eccleſiæ dedit, vel potiùs reſtituit, Exarchatum, urbes Ravennam, Bononiam, Ferrariam, aliásque plures complectentem. Carolus M donationem hanc non ſolùm ratam habuit, ſed plurium aliam Regionum acceſſione auxit. Principatum Beneventanum S. Henricus adjecit. Comitatum verò Avenionenſem Clemens VI. emptione acquiſivit: qua de re pluribus agetur in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Mag-

## Magnus Hetruriæ Ducatus.

Urbs Florentia à Cæſare Rudolpho Hab-ſpurgico libertatem præſente pecunia ſibi com-paravit, indéque ad annum uſque 1569. libera Respublica permanſit. Interea temporis Me-diceorum Domus, è vetuſtiſſimo Florentino-rum ſtemmate oriunda, ad eum ſenſim po-tentiæ & dignitatis Gradum evecta eſt, ut Alexander primus Dux, póſtque hunc Coſ-mus I. Magnus Hetruriæ Dux à S. Pio V. Pon-tifice, & Maximiliano II. Cæſare fuerit renun-tiatus. Nunc Joanne Gaſtone nuper 1737. de-functo absque hærede vi præliminaris tractatus Vien. 1735. 3. Octob. initi ceſſit Sereniſſ. ac Re-gio Principi Franciſco III. Lotharingiæ & Ba-ri Duci, &c.

*4. Quid de inferiore, ſeu Auſtrali Ita-liæ parte dicendum?*

Hæc regna Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, & Inſulam Melitam complectitur.

### Regnum Neapolis.

1. Poſtquam Carolus M. confectô bel-lo Longobardicô, Regni Italici poſſeſſionem adi-ret, regni nihilominus Neapolitani partem Imp-eratores Græci etiam tunc obtinebant. S-cùm hanc ſegniùs curarent, à Saracenis o-mnino fuêre expulſi. Sub annum porrò mille-ſimum Normanni quidam, viri egregii è Palæ-ſtina reduces, Saracenos adorti, Neapoli e-jecêre. Itaque regione illa potiti, Duces

um, dein & Reges appellari cœperunt. 2. Normannis his Ducibus, Regibúsque Reum Neapolitanum per pacta nuptialia ad peratores Suevos, ac primò quidem ad Henum VI. eſt translatum. Cúmque ejus fis Fridericus II. Cæſar Eccleſiæ divexandæ em non faceret; & priùs, quàm anatheatis vinculô ſolveretur, mortem obiiſſet, nec liora de Conrado IV. ejus filio ſperari poſviderentur, Papa Regnum hoc, Eccleſiæ manæ clientelare, Carolo Andegavenſi S: dovici Galliarum Regis fratri poſſidendum didit. Hujus juſſu Conradi IV. filius, ultimus eviæ Dux, Neapoli publico in foro capite ple eſt, quòd Regnum illud armata vi ſibi vincare attentâſſet. 3. Inde Regnum Neapoanum annô 1424. Alphonſo IV. Arragonio bvenit, poſtquam Joanna II. Regina, Angavenſis familiæ ultima, eundem hæredem ripſit. 4. An. 1503. Neapolis per Ferdindum Catholicum Hiſpaniæ adjuncta, tamiu Regibus illis paruit, donec annô 1707. omui Auſtriacæ aſſerta fuit, rurſum tamen nnô 1734. ab Hiſpanis occupata nunc paret arolo Regi Philippi V. filio.

## Siciliæ Regnum.

Sicilia eadem ferè cum Neapoli fata ſubiit, ormannis Regnum utrumque ( utramque ciliam appellabant ) perdiu ſimul poſſidentibus.

tibus. Poſt Veſperas Siculas annô 1282. Do[illegible]
mus Andegavenſis in Regni quidem Neapo-
litani poſſeſſione perſtiterat; Sicilia tamen ad
Petrum III. Arragonium translata eſt, q[illegible]
Conſtantiam Manfredi (Friderici II. Impera-
toris nothus, & Conradi IV. frater hic er[illegible]
filiam in matrimonio habebat. Annô 15[illegible]
Ferdinandus Catholicus Regnum Sicul[illegible]
Hiſpanico adjunxit, ſuóque exinde Nep[illegible]
Carolo V. reliquit. Tandem in pacification[illegible]
Ultrajectina Sicilia annô 1713. Sabaudo, in[illegible]
que 1718. Auſtriæ obvenit; hodie tamen cu[illegible]
Neapoli à Carolo ſuprà memorato regitur.

## Regnum Sardiniæ.

Sardiniam, durante Interregno, Piſani ob[illegible]
tinebant, donec annô 1324. ab Alphonſo II[illegible]
Arragoniæ Rege indè ejecti fuêre. Ex e[illegible]
tempore Inſula hæc ſemper in Hiſpanoru[illegible]
poteſtate ac ditione fuerat, quoad nupero i[illegible]
bello Auſtriacis ceſſit. Hæc annô 1717. [illegible]
Hiſpanis recuperata, anno dein ſepuente 17[illegible]
Sabaudo Siciliæ locò permiſſa eſt.

## Melita.

Inſula hæc Equitum Melitenſium, qui [illegible]
*Equites S. Joannis* dicti, hodie ſedes eſt. [illegible]
dinem hunc annô 1050. Itali quidam M[illegible]
catores eum in finem inſtituêre, ut ad ſa[illegible]

ſtinæ loca peregrinantibus, ægrotis præ-
im, auxilio & adjumento eſſent; unde &
*ſpitalarii* vocantur. Hieroſolymâ porrò &
tea etiam Acconiâ ſive Ptolemaide à Sala-
o Saracenorum Tyranno expugnatâ, E-
tes hi in Inſula Cypro anno 1290. conſe-
e. Aliquot pòſt annis, nempe anno 1309.
lam Rhodum Turcis memorabili ſtrata-
ate eripuêre, ubi uſque eò ſubſtitêre, dum
limanno II. anno 1522. exturbati fuêre.
ndem anno 1530. Carolus V. Inſulam Me-
m iisdem inhabitandam conceſſit, quam
no 1565. Muſtapha Turcarum Imperator
no conatu obſederat. Inſula hæc firmiſſi-
m eſt Italiæ propugnaculum; nec parum
è ſubſidii & emolumenti redundat in Rem-
blicam Chriſtianam univerſam.

## §. V.

## Hungariæ Regnum.

1. *Quis Hungariæ ſtatus priſcis temporibus fuit?*

annonii primi incoluêre Hungariam, quæ
nde Romanis ceſſit. Succeſſêre poſtmo-
Gothi, Hunni, & Longobardi. Tandem
lo nono Hungari, ex Scythia profecti ibi
nſedêre, qui crebris poſtea excurſionibus

in Germaniam factis, damna ingentia in-
re, donec à Cæſare Henrico Aucupe, atq;
Othone M. acceptis cladibus longè maxim
domum remiſſi, de reditu haud ampliùs co
târint.

## 2. *Quæ Hungariæ facies temporibus pro- ximè conſequentibus?*

S. Stephanus Hungariæ Rex anno m
ſimo Chriſtiana ſacra in regnum hoc pr
invexit, cujus ſtirps per Ladislai III.
Reges illos vigeſimi mortem, extincta
Regno exinde ad Domum Andegavenſem
pacta nuptialia translato. Ubi hæc q
ſtirps exaruerat, Cæſari Sigismundo M
Conjux, Ludovici filia, Hungariam do
attulit. Eodem pacto Albertus II. Auſtr
inito cum Cæſaris Sigismundi filia, Hung
hærede, connubio, dotale regnum acc
Ladislao, Alberti filio ſucceſſit Mathias C
vinus, cujus parens Joannes Hunniades,
dislao etiam tum impubere, regnum ſu
cum laude adminiſtravit. Mathia ſinè l
ris defuncto, Hungari Ladislaum VI. Ca
ri Poloniæ Regis filium, Regem coopta
Hujus Succeſſor Ludovicus II. ſinè cut
tus, anno ætatis quintodecimo bene barb
duodevigeſimo verò canis jam obſitus
perhibetur. Hic bello adversùs Turc

pto ad urbem Mohazium anno 1525. oc-uit, Anna Sorore Hungariæ hærede ſu-ſtite relicta.

*Quæ poſtremis demum temporibus Hungariæ fuit conditio?*

Ferdinandus I. Caroli V. frater, Annam n, Hungariæ & Bohemiæ hæredem, duxe-, quo ex tempore utrumque hoc Regnum triaci conſtanter tenuêre, acceſſit ſubin-Tranſylvaniæ Principatus imperante Leo-lo, poſteaquam ad id uſque temporis pro-ibidem Principes rerum potiti fuerant. æ, quántáque bella Domus Auſtriaca ob ngariam cum Turcis geſſerit, Opuſculo memoratum eſt.

## §. VI.

## Poloniæ Regnum.

*Quid de primis Poloniæ Rectoribus memoriæ proditum eſt?*

Linguæ, morúmque Polonos inter, Bohe-s & Ruſſos ſimilitudo fidem faciunt, quod tribus fratribus è Slavonia oriundis, Le-o, Czecho, & Ruſſo communi opinione re-ptum eſt, nimirum ſub annum 600. vaſtas s Regiones Poloniam, Bohemiam, & Ruſ-m inhabitare cæpiſſe. In Polonia quidem

tres ordine ſibi ſuccedentes Ducum & Regum Familiæ præcipua notatione dignæ ſunt: 1. Lechica. 2. Piaſtica. 3. Jagellonica.

*2. Qui omnium primi rexêre Poloniam?*

Lecho, Gneſnenſiș urbis conditore, è vivis erepto, Palatini duodecim electi fuere, qui Poloniam gubernarent; unde hæc in totidem Satrapias ſive Palatinatus jam tum dividi cœpit. 2. Cracus, ineunte ſeculo VIII. Dux promulgatus, Cracoviam condidit. Popielum II. patruorum ſuorum interfectorem, mures, ex occiſorum cadaveribus catervatim prorepentes abſumpsêre.

*3. Quâ occaſione Piaſtorum familia Poloniæ præeſſe cœpit?*

1. Piaſtus, humili loco natus, ingraveſcente annonæ difficultate, quod è frumento reliquum erat, inter egenos liberaliſſimè diſtribuit, dignus idcirco, qui concordibus populi ſuffragiis in Ducem eligeretur. 2. Miecislao I. præeunte, Polonia anno 965. Chriſtiana ſacra ſuſcepit, quæ in hanc uſque diem inſigni tenet conſtantiâ, fortiſſiméque propugnat. 3. Boleslaus I anno 1000. primus regia dignitate auctus fuiſſe perhibetur; quamquam men Boleslaus II. non Rex, ſed tyrannus ſævissimus, & infame Veneris mancipium,

nislai Epiſcopi Cracovienſis interfector, um excidit. 4. Primislaus II. Regio titu- quo Anteceſſores ducentis & ampliùs annis uêre, denuò eſt ornatus. 5. Ultimus ex ſtorum ſtemmate erat Caſimirus III.

*Quo pacto Poloniæ Regnum ad Jagellonicum ſtemma translatum eſt?*

Caſimirus, cùm liberis careret, Poloniæ ceres quà precibus, quà promiſſis permo- , ut Ludovicum Hungariæ Regem, Soro- ſuæ Filium, ſucceſſorem cooptarent. Huic erant Filiæ, quarum natu minori Hed- gi Poloniæ corona promiſſa eſt eâ condi- , nè ulli alteri nuberet, quàm quem Sta- Polonici deſignâſſent. Hi, excluſis aliis cis & competitoribus, Regnum deferunt lloni, Magno Lithuaniæ Duci his con- onibus 1. Ut Chriſtianam Religionem am- ctatur. 2. Ut Lithuaniæ Ducatum cum gno Poloniæ conjungat. 3. Ut Wilhelmo triæ Archiduci, quem Ludovicus filiæ Hed- ſponſum deſtinaverat, ducenta ſolido- imperialium millia numeret. 4. Ut Pro- ias, à Polonia avulſas, recuperet. Quæ nia, uti prolixè promiſerat, ità cumulatè ſtitit Jagello, ex cujus ſtemmate Reges Po- æ uſque ad Sigismundum Auguſtum, po- mum ſtirpis hujus ſurculum, anno 1572.

emortuum, delecti fuêre. Cæteri exinde Reges è diverſis adſciti familiis, ad ſupremum dignitatis faſtigium ordinum ſuffragatione conſcendêre. Hodie Poloniæ ſceptrum tenet Fridericus Auguſt Saxoniæ Elector ab año 173

# CAPUT II.

## De Europæ Regnis à Religione Catholica vel Christiana alienis.

### §. 1.

### De Anglia.

Hic curſim brevitérque attingendus 1. Angliæ ſtatus ante Regem Egbertum, qui an. 800. toti Angliæ præeſſe cœpit. 2. Egbertus, ejúsque poſteri. 3. Reges Normanni tres, tredecímque è Comitum Andegavenſium proſapia. 4. Reges è Richemondiæ Comitum familia. 5. Reges Stuartii. 6. Hanoverani.

*1. Quid in Anglia memoriâ dignum acciderit ante fundatum Regnum?*

Julii Cæſaris temporibus, magnam hanc Inſulam occupaverant Romani, quorum ſubinde copiis alio avocatis, regio illa crebris Pictorum, Scotorúmque irruptionibus Seculo tan

nopere infeſtata eſt, ut incolæ ab Anglis, onum Gente, ſuppetias petere ſint coacti. que illi hoſtes propulsârunt quidem; ſed ræ illius, quam ſibi vindicârunt, poſſeſſio- depelli haud ampliùs potuêre, regnis ſep- n temporis progreſſu ibidem fundatis, quæ nia unus tandem Egbertus conjunctim ob- uit, séque Angliæ exinde Regem nuncu- it anno 800.

*Quæ Regni hujus fata ac viciſſitudines uſque ad Henrici VIII. tempora?*

1. Primorum Anglo-Saxonum Regum ſe- interrupta eſt ſub annum 1017. uſque ad um 1042. quo tempore intermedio Ca- us M. Daniæ Rex, Haraldus filius, ejúsque er Canutus II. Angliæ imperârunt. 2. è in avitum regnum ſufficitur S Eduardus nomento *Confeſſor*, Anglo-Saxonum Re- um ultimus, qui cùm virginitatem matri- nio junxiſſet, hæredem ſibi delegit Guilel- um Normanniæ Ducem, à quo in diutur- ſuo exilio benignè, largitérque eſt habi- s. 3. anno 1154. Angliæ Regnum jure ma- no devolutum eſt ad Henricum II. Comi- m Andegavenſem, qui Hiberniam Angliæ unxit. 4. Anno 1485. idem Regnum quà alis nuptialibus, quà regii ſanguinis præro- ivâ translatum eſt ad Richemondiæ Co-

mites, quos inter primus Angliæ ſolium con-ſcendit Henricus VII. cui ſucceſſit Henricus VIII. filius.

3. *Quæ rerum in Anglia converſio regna... Henrico VIII. ejúſque filia Eliſabetha?*

Henricus VIII priusquam inſano mu-rum amore faſcinari cœpit, DEI Eccleſia... Chriſtique Vicarium non gladio tantùm, ... & calamo, quo impia Lutheri dogmata do-ſimè confutabat, invictâ conſtantiâ prop-navit, glorioſo propterea *Defenſoris Fidei* ...tulo à Leone X. decoratus. At enim c... repudiatâ primâ Conjuge Catharinâ Hiſpa-... Caroli V. materterâ, in animum induxiſſet A-nam Bolenam thori conſortem accipere, ... pio conatui Pontifex pro viribus ſe oppo-... Atque hæc ſemina erant horrendi illius ſc-matis, quo Rex cœco libidinis, & furoris im-tu abreptus, Eccleſiæ Anglicanæ ſuprem-... caput ſe appellare & proclamare eſt au-... Anna porrò Bolena, criminibus manifeſtis ... enormibus convicta, Regis juſſu capite d-nata eſt. Rex ipſe poſt tot expilata templa ... direpta Monaſteria, vim auri, argentique ... menſam Regio fiſco addictam, tandem æ-nitatis iter jamjam ingreſſurus, palàm co-ſus eſt, ſe *omnia perdidiſſe*. Succeſſit Edu-dus filius, & huic Maria, Eduardi Soror,

trique haud diuturnum regimen fuit. Maria regno, nec inutili conatu, operæque pretio religionem avitam reſtituere moliebatur. Inde Eliſabetha, Henrici ex Bolena filia notha, regnum dicam, an Tyrannidem, annis amplius quadraginta occupavit, nec in Catholicos modò, ſed in ipſum adeò cognatum ſanguinem, Mariam Stuartam, Scotiæ Reginam innocentiſſimam, atrociter debacchata eſt, quam ærumnoſâ duodeviginti annorum captivitate acerbè tortam, crudelitate inaudita capite mulctari juſſit.

*Quid præcipua notatione dignum accidit regnante Domo Stuartia?*

1. Regia hæc Domus ab anno 1370. imperabat Scotiæ, donec poſt Eliſabethæ mortem Jacobus, Mariæ Stuartæ filius, Angliæ ſimul & Scotiæ Regno, quod utrumque ex eo tempore *Magnam Britanniam* appellant, præeſſe cœpit. 2. Jacobo Stuarto ſucceſſit Carolus I. filius, quo regnante, Hæreſis, ejúsque germana ſoror Perfidia tragœdias excitârunt longè funeſtiſſimas Chorago Cronwelo, adjutore Fairfaxio. Præluſum eſt vexatione & inſectatione Catholicorum acerbiſſima. Hiberniæ Prorex, & Archi-Epiſcopus Cantuarienſis dati in vincula, mortéque iniquiſſima tandem ſublati, quòd in fide Regi ſuo promiſſa, juratáque

 per-

perſtarent immobiles, ſimúlque Religioni Catholicæ favere viderentur. Habita & quæſtio de Regina ipſa Ludovici XIII. Galliæ Regis ſorore; quæ tamen tempori in tutiora ſe recepit. Rex à Scotis ingenti pecuniæ ſumma venditur rebellibus Anglis, à quibus facinore ad eam uſque diem inaudito, capite damnatur, ac Londinenſi in foro publicè obtruncatur. Inde ſublatâ Monarchiâ, Anarchia inducitur, quatuórque pôſt annis impius Regis parricida C onwelus Angliæ *Protector* (veriùs oppreſſor, eversórque) proclamatur. 3. Anno 1660. Carolus II. Regis obtruncati filius, revocatus in Angliam, avitum thronum conſcendit, obiítque Catholicus Anno 1685. Eadem die Jacobus II. Caroli II. frater à univerſis regni Proceribus Rex ſalutatur, cui dein omnes Britanniæ ordines ſacramentum dixêre; tametſi is ſe Catholicum, & Romanis ſacris addictum palàm profiteretur. Verùm hoc ipſum avitæ Religionis ſtudium perniciem attulit Regiæ familiæ, foméſque fuit novæ factionis. Cui ut pallium obtenderet conjuratorum cohors, in vúlgus ſparſum eſt, Jacobum Walliæ Principem, recèns natum, ſupoſititium eſſe, nec aliud dolo hoc péſſimo intendi, quàm ut ſtabilita ſucceſſione hæredis Catholici, religio & libertas Anglicana penitus opprimatur. 5. Igitur Jacobo II. exulare

com

mpulſo. anno 1688. Wilhelmus Arauſica-
s, Britanniæ Regnum occupavit, donec nno 1702. cùm feras inſequeretur, ex equo lapſus, accedente febre extinctus eſt. 6. cobus porrò III. filius Jacobi II. qui, glo-ſus pro Chriſti fide exul, in Gallia an. 1701. cedens, cum nobiliſſimo heroicarum virtutũ mitatu regnum cœleſte adiit, jure ſucceſſio-s hæreditario excluſus eſt, quòd Religioni hæreret Catholicæ, quam Britannia jam in-ab anno 182. S. Lucio Rege præeunte, cœ-t amplecti, atque ab anno 596. per tot ſecu-non ſolùm ſanctè, conſtantérque coluit, ve-m exteras quoque gentes, tot Apoſtolis, ve-rque fidei Præconibus quaquaverſum miſſis, ſtituendas curavit, Magiſtra gentium haud meritò appellanda. 7. Annæ Jacobi II. liæ, & Jacobi III. ſorori, quæ Arauſicano ſuc-ſſit, anno 1714. vitâ functæ, ſurrogatus eſt orgius I. Elector Hannoveranus, Lutheri gmatis imbutus, huic verò anno 1727. in-pinata morte ſublato, Georgius II.

## §. II.

## De Pruſſia ſive Boruſſia.

*Qua ratione Ordinis Teutonici Equites Pruſſiæ Ducatu ſunt potiti?*

Poſteaquam hi bello per plures annos con-

continuato Pruſſos ethnicos, vicinæ Poloniæ admodum infeſtos, ſubegerunt, regionem illam totam ordini ſuo vindicârunt anno 1283. Pari modo Livoniam, belli jure acquiſitam, diu ſua in ditione, ac poteſtate tenuère.

*2. Qua occaſione Ordo Teutonicus Pruſſiæ poſſeſſione iterum dejectus eſt?*

Lutheri temporibus, ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter Albertus Brandenburgicus, ejurata Religione Catholica, anno 1525. cum Polonis depaciſcitur, ut ea Boruſſiæ pars, quæ Ordini etiam tum parebat, in Ducatum profanum commutetur, ſibique ac poſteris ſuis jure fiduciario tradatur. Atque ità Provincia hæc Ordini Teutonico ablata eſt, quam dein, deficiente anno 1618. Alberti ſtemmate, Elector Brandenburgicus jure hæreditario ſibi vindicavit, utì ſuprà innuimus.

*3. Qua occaſione Livonia eidem Ordini Teutonico ſurrepta eſt?*

Ruſſis anno 1561. regionem hanc incurſantibus, Gotthardus Kettlerus, qui & ipſe à ſuo Ordine, Religionéque orthodoxa deſciverat, imploratis Polonorum ſuppetiis, Livoniam ea conditione iis ceſſit, ut Curlandiam, Ordinis pariter Teutonici Provinciam, in Ducatum exinde profanum mutatam, jure clientelari

poſſidendam traderent. Livoniam porrò Sueci poſt plura cum Ruſſis, & Polonis conſerta prælia demum obtinuêre; quam tamen anno 1709. Ruſſis cedere ſunt coacti.

## §. III.
## De Dania.

1. *Quis primus Daniæ Rex fuit?*

Heraldus ſive Heroldus I. anno 930. qui ethnicæ ſuperſtitioni nuncio remiſſo, Chriſtiana ſacra invexit.

2. *Qui Daniæ Reges præcipuâ memoriâ digni?*

1. Canutus II. tribus ſuis filiis tria regna reliquit, Angliam nempe, armis, bellique jure acquiſitam, Norwegiam, & Daniam. Primum brevì iterum ereptum fuit; poſteriora duo hodiéque perdurant. 2. S. Canutus IV. Martyr, à ſuismet civibus in templo eſt interemptus anno 1084. 3. Regina Margarita Norwegiæ Regnum jure hæreditario à filio ſuo accepit, ſimúlque Sueciæ imperavit, ubi ſub annum 1380. lata lege ſanxit, nè tria hæc regna unquam ſejungerentur; at Sueci decreto hoc ſtare ſubinde recusârunt. 4. Chriſtianus I. è Comitum Oldenburgicorum Domo, hodie regnante, primus regnum capeſſivit

vit anno 1448. 5. Chriſtianus III. A. 153
Lutheri ſectam cœpit introducere. 6. Fri-
dericus IV. hodiernus Daniæ, & Norwe-
Rex eſt. Utrumque hoc regnum ab an
1660. hæreditarium eſt, cùm liberæ an
electionis fuiſſet.

## §. IV.

## De Suecia.

*1. Quis primus Sueciæ Rex erat?*

S. Ericus X. anno 1150. primus Suec
imperâſſe creditur, quòd ab ipſo ſucceden
um Chriſtianorum Sueciæ Regum ordo ac ſe
ries exordium ducat; nam de prioribus ni
fermè conſtat, niſi quòd Biornus Rex A. 81
à Carolo M. Sacerdotes Catholicos petierit,
à quibus populus veræ fidei dogmatis inſtrue-
retur.

*2. Qui memorabiliores Sueciæ Reges?*

1. Poſt Margaritam Reginam, de qua ſu-
prà meminimus. Reges ſex & Daniæ ſimul
& Sueciæ imperârunt. Horum ultimus Chri-
ſtianus II. ob tyrannidem ſuam è Suecia pro-
fugere, alterique coronam cedere cogebatur.
2. Secuti ſunt Reges è nobili Suecorum fa-
milia, cui Waſa nomen, quorum primus Gu-
ſtavus I. Lutheri errores anno 1523. in Sueci-

am invexit. 3. Sigismundus, Poloniæ pariter ac Sueciæ Rex, alterum hoc regnum anno 1599. Carolo patruo cedere coactus eſt, quòd Religionem Catholicam revocare in animum induxiſſet. 4. Guſtavus Adolphus fulminis in.tar totam fermè Germaniam pervadens terrorem pariter ac ſtragem ingentem intulit, donec anno 1633. ad Luxenam Saxoniæ oppidum in acie cecidit. 5. Chriſtiana ejus filia regníque hæres, fidem Catholicam amplexa, coronam ceſſit Carolo Guſtavo Comiti Palatino Bipontino, agnato ſuo. Indè Romam profecta, reliquis vitæ annis in Dei, cui ſervire regnare eſt, ſervitio, animíque cultu tranſactis, ad regnum immortale translata eſt anno 1689. 6. Carolus XII. cum Ruſſis, Polonis, & Danis gravia geſſit bella, dum tandem ad Friderici-Halam, Norwegiæ urbem, plumbea glande trajectus occubuit anno 1718. 7. Hujus ſoror Ulrica Eleonora, ac dein ejusdem Maritus Fridericus I. Haſſo-Caſſelanus Sueciæ Rex ſalutatus eſt ea conditione, ut in poſterum Sueciæ Regnum electioni liberæ permitteretur.

## §. V.
## De Moſcovia.

1. *Quis*

*1. Quis inter Moſcoviæ Duces primus Chri-
ſto nomen dedit.*

Wolodomirus I. qui, ſuſcepta Chriſti fi[de] etiam Baſilius eſt vocatus.

*2. Qui Ruſſiæ Monarchæ præ cæteris ſunt commemorandi?*

1. Daniel XVIII. Dux ſub annum 12[..] magni Ducis titulum primus aſſumpſit, ſede[m]que fixit in urbe Moſcovia. 2. Uladisla[us] Sigismundi Poloniæ Regis filius, in magn[um] Ducem electus poſt anni decurſum cum P[o]lonis ſuis abſcedere coactus eſt. Quo in [...]tu templa, ædésque plurimæ à Polonis di[re]ptæ, ingente Ruſſorum edita ſtrage. 3. P[e]trus, qui anno 1725. è vita migravit, reru[m] geſtarum famâ orbem implevit. Hic pe[r]gratâ Galliâ, Germaniâ, Bataviâ, Poloni[â], Daniâ &c. omne genus artifices ſecum in Moſcoviam perduxit. Suecis eripuit totam Li[]voniam, Finnoniam, & Ingriam. In Li[vo]nia condidit urbem Petroburgum, ſive Pe[tri] Caſtrum, ubi & regiam ſedem poſuit. Mo[ri]turus imperii habenas tradidit Catharinæ Co[n]jugi ſuæ, anno 1727. è vivis ereptæ. 4. An[]na Ivanowna hodie Ruſſiæ præeſt.

5. [...]

## §. VI.
## De Turcia Europæa.

### 1. *Quæ Turcarum origo?*

Vulgatior Scriptorum opinio eſt, Turcarum gentem ſub annum 1030. ex Scythia advenîſſe. Subacta brevi pòſt Perſia, & Chaldæorum regione magnam Aſiæ partem in ſuam redegêre ditionem. Ex frequentiore deinde cum Arabibus ſive Saracenis, primis Mahometæ aſſeclis commercio & conſuetudine ipſi quoque ejusdem Pſeudoprophetæ ſuperſtitionibus adhæsêre. Ottomannus primus Turcarum Imperator fuit anno 1300.

### 2. *Quandonam Turcæ ſtabilem in Europa ſedem fixêre?*

Amurathes I. ſub annum 1360. Adrianopolim Romaniæ urbem occupavit, ubi primam Turcici Imperii ſedem intrà Europam poſuit. Mehometes II. anno 1453. Conſtantinopolim armata manu cepit. Græcoque Imperio finem impoſuit Palæologus, Græcorum Imperatorum ultimus, dum trepidus fugam capeſſit, ſtipantis populi compreſſione eliſo ſpiritu interiit, urbs verò tres ipſos dies militum direptioni permiſſa, regia deinceps Turcici Imperii ſedes eſſe cœpit.

 3. *Qua*

*3. Qua verò ratione Turcæ Imperii ſui fines tantopere dilatârunt?*

Violenta multarum Provinciarum, Regnorúmque occupatione, quæ inter præcipua eminet 1. Romania, olim Thracia dicta, ubi Conſtantinopolis totius Imperii Turcici caput. 2. Græcia univerſa, ubi Macedonia, Albania, Theſſalia, Epirus, Ætolia, Achaja, Peloponneſus, Candia cum reliquis Archipelagi Inſulis.

## Obſervationes ad ſecundam partem.

*1. Quid de tot rerum, regnorúmque præcipuè, ac Principatuum mutationibus, & inclinationibus ſentiendum?*

Perpetuæ hæ viciſſitudines apertè demonſtrant, quàm labili pede humana omnia nitantur, dum quæ ſtare modò videntur firmiſſimè, repentè corruunt. Interim ſolum Chriſti regnum, Eccleſia inquam Catholica, tot licèt Orci, ejúſque fœderatorum aſſultibus continuò oppugnata, ſtetit ſemper, ſtabítque immobilis, nullis inferorum machinis unquam evertenda.

*2. Nihilne ergo Regnum, ſeu Eccleſia Chriſti tot Regnorum defectione imminuta eſt?*

Neutiquam; quin potiùs compertum habe

mus, eo ipſo tempore, quo hæretici, velut noxii ſtolones, ſterilêſque palmites ab Eccleſia, tanquam vite nunquam non fœcundiſſima, abſciſſi fuêre, hanc fructus longè uberiores protuliſſe. Ac ne longè exempla petantes, dum Luthero & Calvino Duce, non paucæ Europæ Provinciæ à Chriſti Eccleſia deſcivere, in Africa, Aſia, & utrisque Indiis innumeri populi, Nationes, Principes, ac Reges Eccleſiæ Catholicæ ſe adjunxêre.

3. *Quid de Orientis Imperatoribus Græcis dicendum reſtat?*

Poſtquam Carolus M. Occidentis Imperium inſtauravit, Orienti exinde præeſſe cœperunt Imperatores Græci. Horum à Nicephoro anno 800. ad Conſtantinum XIII. Anno 1453. quo capta à Turcis Conſtantinopolis, ſeptem & quadraginta numerantur. qui in Tabula Chronologica, ad Opuſculi hujus calcem adjecta, ordine recenſentur. Ab anno 1204. Flandri duo, tréſque Galli imperârunt uſque ad annum 1261. Horum primus Balduinus Flandriæ Comes Venetorum maximè armis adjutus, Conſtantinopolim expugnavit.

4. *Quæ demum res Orientis Imperio interitum attulit?*

Coacervata Græcorum Imperatorum populique peccata. Unde completâ tandem ſce-

lerum menſurâ, immani Turcarum jugo cervices ſubmittere ſunt coacti.

*5. Quinam Saracenos Neapoli & Sicilia ejecêre?*

Seculo IX. Caroli Calvi temporibus Normanni ſive *Nordmanni*, hoc eſt *viri Boreales*, è magna Peninſula Scandinavia profecti, facta in Galliam irruptione, Provinciam tandem, à novis inquilinis Normanniam dictam, occupârunt. Horum quidam anno 1000. in Siciliam trajecti, Saracenos indê exturbârunt.

*6. Quæ Origo bellorum Galliam inter & Angliam Seculo IX.*

Eduardus III. Angliæ Rex, extincta Capetiorum ſtirpe, regnum Galliæ præ Philippo VI. Valeſio ſibi vindicare parabat jure hæreditario, quòd ob Matrem Iſabellam gradu uno propior eſſet ſanguini regio. Sed regnum Philippo adjudicatum eſt ex lege Salica, quæ fœminas regni Gallici illius ſucceſſione excludit.

*7. Num nefariæ illius conjurationis, quam* pulverariam *vocant, in Agliæ Regem conflatæ, ſocius ac particeps fuit Henricus Garnetus Societatis JESU Sacerdos?*

Impudentiſſimam hanc hæreticorum calumniam, longéque iniquiſſimam Judicum ſen-

tentiam, qua virum hunc planè innocentiſſimum morte condemnârunt, non ſolùm teſtes locupletiſſimi, omníque exceptione majores, ſed DEus ipſe prodigiis pluribus, inter quæ Carneti vultus in Spica, ejusdem ſanguine recenti illita, prodigiosè depictus, Catholicis gaudio & ſolatio, hæreticos pudore & ignominiâ perfuderat, toti orbi teſtatum fecit. Poſt extrema tormenta, quia conjurationis conſcium ex Confeſſionis Sacramento ad Senatum non detulit, mortem ſubiit Chriſtiana fortitudine, verus Sacro-ſancti Sigilli non violati Martyr,

# PARS III.

## *De Europæ Rebuspublicis.*

Omnium antiquiſſima eſt Veneta: 2. Genuenſis. 3. Helvetorum. 4. Batavorum. 5. Luccenſis. Quibus accedunt duæ aliæ perexiguæ, S. Marini, & Raguſana.

## §. I.

# Respublica Veneta.

*1. Quæ Reipúblicæ hujus origo?*

Aquileia urbe ab Attila Hunnorum Rege anno 450. everſa, nobiliſſimi quique & hujus & vicinarum urbium incolæ in Adriatici maris inſulas commigrarunt. Hîc aliis atque aliis ædificiis exſtructis, Urbs Veneta ad eam tandem amplitudinem & magnificentiam emerſit, ut inter orbis miracula meritò adnumerari poſſit. Ædes potiſſimæ, quà inſulis parvis ſeptuaginta duabus, quà palis ſub aqua defixis inſiſtunt. Cúmque urbs, aquis ſtagnantibus, in quas 7. flumina ex Alpibus procurrentia ſeſe exonerant, undique cingatur, tum per ponticulos propè quingentos, tum per phaſelos (Gondolas vocant, quarum aliquot millia ſemper in promptu ſunt) ultrò citróque commeandi opportunitatem præbet.

*2. Quæ ejusdem Reipublicæ potentia?*

Tanta, ut jam annô 1173. Provinciis pluribu in ditionem ſuam redactis non modò dominium obtinuerit, ſed ipſis adeò Orientis Imperatoribus leges poſuerit. Venetorum quippe potentiâ & auxiliaribus copiis Balduinus I. Flandriæ Comes, capta Conſtanti-

antinopoli anno 1204. Imperator eſt renunciatus. De inſigni porrò victoria, quam Veneti à Friderico Ahenobarbo anno 1175. reportârunt, hácque clade faſtu ejus repreſſo, Eccleſiæ, quam ad id uſque temporis inſectari non deſtitit, plenè conciliârunt.

3. *Quid emolumenti Venetis attulêre ſuſceptæ in Orientem & Africam navigationes & negotiationes?*

Inde magna jam priùs Venetorum potentia majora ſumpſit incrementa, auctis eâ induſtriâ in immenſum opibus. Et verò navigationes hæ multò quæſtuoſiſſimæ initia confeſtim habuêre proſperrima, ex quo Balduinus I. Orientis Imperator Venetis ob miſſas ad expugnandam Conſtantinopolim ſuppetias Ægei & Jonii Maris Inſulas omnes cum Creta iiſdem dono tranſcripſit.

4. *Quî verò ſumma Reipublicæ hujus fortuna cœpit labaſcere?*

1. Turcæ Ægei Maris Inſulas & Cretam, ac nupero bello Peloponneſum quoque eripuêre. 2. Batavorum Reſpublica ob commodiorem circùm Africæ littora navigationem ampliſſimum illum commerciorum alveum ad ſe derivârunt, obturata ingenti illa opum affluentium ſcaturigine.

## §. II.

## Reſpublica Genuenſis.

*1. Quandonam Genuæ Reſpublica coaluit?*

Sub annum 900. cùm anteà ab anno 6[illegible] Longobardis primùm, dein Regibus Carolinis vectigales fuiſſent Genuenſes. Anno 9[illegible] Urbs à Saracenis vaſtata eſt, quos viciſſim navali prælio devicerunt Genuenſes, & Piſanorum, qui & ipſi id temporis Rempublicam præſentabant armis adjuti, ex Corſica & Sardinia exturbârunt.

*2. Quod bellum Genuenſes inter ac Venetos ab Anno 1250. ad annum ferme 1380. exarſit?*

Æmulatio è nimia utrinque potentia, commerciiſque maritimis exorta, gravi Rempublicam utrumque bello implicuit, quo Genuenſes aliquamdiu ſuperiores, tandem Venetis ſuccubuêre. Id dolendum erat maximè, ea partium diſſenſione armorum Chriſtianorum progreſſum haud parùm fuiſſe ſufflaminatum.

*3. Cur Genua ab An. 1396. uſque ad 1528. Reſpublica eſſe deſiit?*

Inteſtinæ diſcordiæ eò adegêre Genuenſes, ut illo temporis intervallo diverſis Dominis extraneis quà ſponte ſua, quà vi & neceſſita-

ſſitate compulſi, paruerint; quamvis ad tem-ti ſubinde aliquod in libertatem ſe vindicâ-unt.

*Quo pacto Genua An. 1528. in priſtinam libertatem reſtituta eſt?*

Andreas Auria, ortu Genuenſis, Gallicæ claſ-ſ. Præfectus, Regi, à quo fortè offenſus eſt, rtes deſeruit, Genuámque improvisò occu-rit. Cúmque ſupremo cum Imperio præ-ſe potuiſſet, maluit priſtinam Reipublicæ rmam reducere, rebus tam bene ſapientér-ue ordinatis, ut eo ex tempore Urbs & Res-ublica hæc florentiſſima hodiéque optata per-atur libertate.

## §. III.

## Helvetia & Valleſia.

*Quis Helvetiæ erat ſtatus, antequam coaluit in Rempublicam?*

Fortis ac bellicoſa hæc natio jam olim Ju-Cæſari multum negotii faceſſiverat. Sub num reparatæ ſalutis 430. Helvetia Bur-ndiæ, dein regni Arelatenſis, ac tandem perii Romano-Germanici pars erat.

*Qua occaſione Helveti A. 1308. ſe in libertatem aſſeruerunt?*

Poſtquam anno 1032. Helvetia Conra-

di II. temporibus Romano Imperio fuit ad-
juncta, Præfecti, ab Imperatoribus deſignati
eidem præerant uſque ad annum 1308. qui
cùm populum nimiopere premerent, uti pat-
ex iis, quæ de Wilhelmo Tellio, aliiſque h-
ſtoriæ memorant, inquilinorum animos tan-
topere exulçerârunt, ut excuſſo jugo, pu-
que aut occiſis Præfectis in libertatem ſe a-
ruerint.

3. *Quibus dein adminiculis Helvetii liber-
tatem ſuam ſartam tectámque ſervârunt?*

Armorum vi; quippe cùm anno 131-
Bremogartum: An. 1386. ad Sempachi-
An. 1499. ad Rhenum bello peterentur, le-
ciùs pugnârunt pro conſervanda, quàm ho-
ſtes pro eripienda libertate.

4. *Quoties Helvetii de Carolo Audace Bur-
gundiæ Duce triumphârunt?*

1. An. 1476. ad Granſonium oppid-
lacui Neocomenſi adjacens, ubi Carolus c-
ſtris, vaſario, omníque ſupellectili exutus e-
2. Ad Moratum urbem lacui cognomini ad-
tam, ubi ſex & viginti Burgundionum mi-
occubuiſſe perhibentur. 3. Anno 1477.
Nanceium Lotharingiæ Metropolim, ubi Du-
ipſe in fuga ab Helvetiis cæſus, morte ſua be-
lo finem impoſuit.

5. *Qu-*

*Quando fœderi Anno 1308. Suitios inter, Urienſes, & Subſylvanos inito Cantones reliqui ſe adjunxêre?*

Anno 1332. Lucernates: anno 1351. Tigurini: anno 1352. Glaronenſes & Tugienſes; anno 1353. Bernates: anno 1481. Friburgenſes & Solodorani: anno 1501. Baſileenſes & Scaphuſiani: anno 1513. Abbatiscellenſes acceſsêre. Cum iisdem in fœdus quoque ac ſocietatem coiêre ſubinde Griſones, Valleſii, Principatus Neocomenſis, oppidum S. Galli, Mülhuſium, Geneva, Bienna &c. Abbas porrò ad S. Galli ſolis Catholicis Cantonibus fœderatus eſt.

*Quæ bella inteſtina in Helvetia exarſerunt Anno 1531. 1686. & 1712?*

Primum excitavit quorundam Cantonum ab avita Religione defectio; unde magna Catholicos inter & Heterodoxos exorta animorum diſſenſio. Ulricus Zwinglius, belli hujus fax, malorúmque omnium origo, in acie cæſus, DEO & hominibus meritas perfidiæ pœnas dedit. Altera belli flamma inter Helvetios exarſit anno 1686. commiſſum prælium prope Vilmergam magna Acatholicorum ſtrage. Tertium anno 1712. minùs feliciter geſſêre Catholici.

De

# De Valleſia.

*1. Quamdiu Valleſia reſtitit Romanis?*

Incolæ Regionis hujus, altiſſimis undique montibus vallatæ, tanta ſe fortitudine opposuêre Julio Cæſari, ut per vallem hanc pra... longam penetrare in Galliam nunquam potuerit. Tandem, imperante Octavio Augusto, Valleſia in Provinciam redacta, & municipatûs jure à Romanis donata eſt.

*2. Quid imperante Maximiano Cæſare ... dem actum?*

Hic ad ſedandos Galliæ tumultus per Valleſiam cum exercitu profectus, ad Deos placandos ſolemne ſacrificium indixit. Cui ... intereſſe cogeretur Thebæorum legio, Chriſtianis Sacris initiata, Duce atque hortatore Mauritio à reliquis copiis diſceſſit. Cúmque eos incaſſum revocare laboraſſet Cæſar, decimum quemque occidi primùm, ac tandem ... uno quidem à Chriſti caſtris deficiente, universos contrucidari juſſit ad fauces, quibus hodiéque à S. Mauritio nomen eſt.

*3. Quos Valleſia Dominos habuit?*

Eoſdem, quos vicina Burgundia, atque Helvetia, Romanos nempe, ac dein Burgundionum Reges uſque ad Carolum M. à quo

Münſterus in Coſmographia memorat, Val-
ſia Epiſcopo Sedunenſi permiſſa eſt. Inde
no Arelatenſi, ac demum Romano Impe-
eſt adjecta. Poſt tot fata nulli ampliùs
ero paret, ſed regitur hodie cùm ab Epi-
po, qui S.R.I. Princeps, Comes, & utri-
ue Valleſiæ Præſes eſt; tum à ſupremo Pro-
iæ Præfecto; tum à ſeptem Communitati-
, quas *Diſenos* appellant.

4. *Quæ Valleſiæ Religio?*

Catholica, quam in hanc uſque diem
ulari fervore & conſtantia profiteri pergit.
vinciæ hujus Epiſcopatus inter antiquiſſi-
Galliæ ac Germaniæ numeratur.

## §. IV.

## Batavorum Reſpublica.

*Quid de univerſis Belgii Provinciis ſummatim memorandum?*

Septemdecim Belgii Provinciæ, poſt di-
um Carolingorum Imperium, Auſtraſiæ
gno maximam partem ſunt adjectæ. Secu-
XIV. & XV. pars earum Burgundis; dein
Carolum V. Hiſpanis obvenêre univerſæ.
nante porrò Philippo II. Caroli V. filio,
ium datum Belgicis tumultibus. Ea occa-
ſione

ſione ſeptem Provinciis à cæteris decem av-
ſis, Batavorum Reſpublica coaluit.

### 2. *Quæ Belgicarum turbarum origo?*

Potiſſima ac ferme unica erat funeſtiſſima illa ab avita Religione defectio; inde e- turbis innumeris, factionibus Geuſiorum, di- diis, ſeditionibus, perduellionibus, crue- & internecinis bellis non inclytum modò Re- gium cum finitimis Provinciis, ſed Eccle- quoque univerſa irreparabili tot millium a- marum ſtrage affecta & lacerata eſt. No- les primùm Juvenes impia hæreticorum do- mata apud exteros hauſta in Patriam in- xêre: laudata paſſim ſentiendi, faciendi- quidlibet libertas: quam cùm Sacræ Inquiſi- nis frænô Rex coërcere ſtatuiſſet, conflata - mum, Arauſicano Duce, nobilium primùm dein & populi anno 1566. conſpiratio; qua- Margarita Parmenſis Belgii Gubernatrix, - ſigni de perduellibus relatâ victoriâ dire- tantiſper, reſtinxitque: ſed recruduit ſubi- de malum nimia Ducis Albanenſis ſeverita- qua in omnium odia offenſionéſque incur- Hac occaſione Arauſicanus utendum rat- Belgas ad defectionem ſolicitavit, è quib- Batavi anno 1568. & 1570. facta conjurat- ne, cum Hiſpanis navali prælio, iterum i- rúmque congreſſi, ea damna intulêre, q-

c Joannis Auſtriaci, nec Alexandri Farne- admirabilis prorſus, omníque laude ſupe- r virtus ac fortitudo ſarcire potuerit.

3. *Quò tandem recidêre Conjuratorum molitiones?*

Poſt guſtatam victoriæ dulcedinem, com- rciis vacatum, mariáque propè univerſa ad ſtum faciendum tentata. Cúmque hac ne orbis totius opes in ſuas Provincias, atu ut plurimùm vivere ſolitas, coacerva- poſſe comperiſſent, tum demum anno 1581. njurati excuſſo penitus Hiſpanorum jugo, ius deinceps dominationi ſubeſſe, ſed ſuo taxat jure & arbitrio vivere decreverunt. de cauſa novum exortum eſt bellum, quò tem omnino Provinciæ à reliquo Belgio runt avulſæ, quæ exinde *Belgium* Fœdera- um appellari conſuevêre.

*Quibus adminiculis Hollandia ad tantam entiam juxtà & opulentiam eſt graſſata?*

Quæſtuoſiſſimis potiſſimùm ad Indos navi- tionibus, quibus opes ingentes, quas Vene- olim Reſpublica collegerat, indefeſſa ſua in- ſtria comparavit.

*Quænam ſeptemdecim Belgii Provinciæ?*

Hæ ex quatuor conſtant Ducatibus, Braban- nempe, Geldriæ, Limburgenſi, Luxembur- genſi.

genſi. Septem Comitatibus Hollandiæ, Seelan-
diæ, Flandriæ, Arteſiæ Hannoniæ, Namur-
Zutphaniæ. Quinque Dominiis, Ultrajecti-
no, Tranſiſalano, Friſiæ Occidentalis, Gr-
ningæ & Mechliniæ. Hæ porrò Provinci
Domum Auſtriacam inter, Galliam, & Hol-
diam ſunt diſpertitæ Fœderatæ Provinc
ſunt 1. Hollandia. 2. Seelandia. 3. Geld
Inferior cum Zutphaniæ comitatu. 4. Ultr
jectum. 5. Provincia Tranſiſalana. 6. Fri
ſia Occidentalis. 7. Gröninga.

## §. V.

## Reſpublica Luccenſis, S. Marini, Raguſana.

### 1. *Quid de Republica Luccenſi brevi-ter dicendum?*

Sita hæc eſt in magno Hetruriæ Ducat
diverſiſque primùm Dominis parebat, don
anno 1430. in libertatem ſe aſſeruit, aſſen
ente, actáque omnia rata habente Carolo I
Et quamquam Reſpublica hæc potentiâ & vi
bus haud admodum præpolleat: ſuam tam
libertatem ſartam tectámque conſervat le
bus bonis, probéque conſtitutâ Regim
formâ.

2.

². *Quis Reipublicæ S. Marini ſtatus?*

Perexigua hæc in territorio Pontificio ſi-
Reſpublica ab anno 600. libertatem ſuam
Pontificum Romanorum clientela & in-
latè continuavit. Nomen habet à S. Ma-
o Dalmata, qui Seculo III. in Italia Divini
rbi ſementem ſparſit, eóque in loco, ubi
modò exſtructa eſt, vitam duxit ſolita-
m.

*Quid demum de Republica Raguſana memorandum?*

Exigua hæc Reſpublica in Dalmatia ſita eſt,
Regiminis forma eadem propè, quæ Ve-
orum. Turcarum Imperatori, in cujus tu-
eſt, annuum vectigal pendit. Cæterùm
bs frequens eſt & copioſa, ac celebre empo-
m. Singulari cultu proſequitur S. Blaſium
iſcopum, cujus feſtum diem quotannis qua-
duum ipſum ſolemni pompa celebrare con-
vit.

## Obſervationes ad partem tertiam.

*Quid de ortu ac progreſſu Rerumpublicarum ſingulari dignum obſervatione?*

Pleræque originem ſuam debent armis, in-
ementum commerciis, felicitatem bonis le-
ibus, ſplendorem artibus ac diſciplinis. In

K hoc

hoc fortunæ apice præcipitio ſunt proximæ, niſi ſibi caveant à nimio luxu & opulentiorum Magnatum ambitione, utì omnium potentiſſimæ Reipublicæ Romanæ funeſtiſſimus caſus abunde docuit.

*2. Quæ Regiminis forma Rebuspublicis Europæis?*

Ut plurimùm Ariſtocratica Democratiæ permixta, quali Veneta, Genuenſis, potiores Helvetiæ Cantones, & Hollandia uti conſue- vêre. Urienſibus, Tugienſibus, Suitiis, & Sub- ſylvanis regimen Democraticum præplacet. Democratia porrò eſt Imperium populi, Ari- ſtocratia verò Optimatum.

*3. Ecquod Reipublicæ Venetæ, & Genuenſi caput?*

Utrique Dux, *Doge* dictus, præeſt: cui tamen fas non eſt Senatu inconſulto decre- tum aut legem condere.

*4. Quis Religionis ſtatus in Helvetia?*

Lucerna, Friburgum, Solodorum, Suitia, Uria, Subſylvania, Tugium, in avita ſemper Religione perſtitêre immobiles: Tigurum ve- rò, Berna, Baſilea, & Scaphuſia à Catholica fide defecerunt. Glaronenſes & Abbatiscel- lani mixtæ ſunt Religionis.

PAR-

# PARS IV.

*De Regnis, & Provinciis extra Europam.*

Hìc ſtrictim percurremus 1. Regna & Provincias Aſiæ, nempe Turciam Aſiaticam, & Indiam, Tartariam magnam, Chinam, & Japoniam. 2. Regna Africæ & Americæ.

## CAPUT I.

*De Provinciis Aſiaticis.*

### §. I.

### De Turcia Aſiatica.

1. *Quæ Turcicæ potentiæ exordia?*

Mahometes Pſeudopropheta ex Arabia oriundus ſub annum 630. ſuos ibidem errores diſſeminare cœpit; hujus ſequaces fuêre Saraceni ab Arabico verbo *Saraz*, quod idem eſt, ac prædari aut furari, ſic appellati. Mahometani porrò hi prædones Regiones plurimas in ſuam poteſtatem redegêre. Mahometis ſectam poſtmodùm Turcæ quoque amplexi ſunt, qui in Aſia longè lateque graſſari cœpêre.

*2. Quinam poſt Mahometis interitum Caliſæ vocabantur?*

Erant Mahometis ſucceſſores, qui partim Babylone, partim in Ægypto dominabantur. Horum octo & quinquaginta numerantur, continua ſerie ſibi ſuccedentes, donec anno 1300. Imperium Turcicum ab Ottomanno I. fundari cœptum.

*3. Quantos pedetentim progreſſus fecit Turcarum potentia?*

Sub annum 1030. Turcæ Perſiæ regno ſunt potiti. Indè Provinciis compluribus ab Orientis Imperio avulſis, Hieroſolymam An. 1075. expugnârunt, ubi Chriſtianos tot oneravêre malis, ut Europæi Principes Turcis bellum inferre, & Hieroſolymam cum Palæſtina recuperare decreverint. Atque hæc quidem urbs anno 1099. occupata eſt; verùm anno 1187. denuò amiſſa. Nec feliciores fuêre in Palæſtina progreſſus ob Chriſtianorum maximè Principum diſcordias. Quo tempore Godefredus Bullionius primus Hieroſolymis regnabat, quinque Aſiæ Principatus latè amplos Turcæ obtinuêre. 1. In Bythinia. 2. In Cilicia. 3. Edeſſæ in Meſopotamia. 4. Antiochiæ. 5. Damaſci, Mahometanis interim Caliſis in Babylonia juxtà & Ægypto impe-

imperii clavum ſedentibus. Tandem ex Imperii Conſtantinopolitani & Trapezuntini ruinis ſurrexit Turcarum Monarchia, regnis ampliùs ſeptuagenis ſub unius Tyranni imperium ſubjectis.

4. *Quænam Anno 1270. Occaſio oblata eſt, Turcarum potentiam vel enervandi, vel penitùs opprimendi?*

Agabas Tartarorum Princeps (Chamum appellant) Chriſtiana Religione ſuſcepta, Turcis Palæſtinam eripere ſtatuerat, invitato in belli ſocietatem ſummo Pontifice, aliiſque Principibus Chriſtianis. Hos inter S. Ludovicus Galliæ Rex omnium primus in Chriſtiani nominis hoſtes movit, qui tamen cum magna exercitûs parte peſtilentiâ (arcana hæc DEI ſunt judicia) ſublatus eſt. Cúmque cæteri Europæ Principes Chriſtiani, ac geminæ imprimis, eæque præpotentes Reſpublicæ Veneta & Genuenſis eo ipſo tempore inter ſe diſſiderent, belliſque inteſtinis implicarentur, occaſio illa opportuniſſima Turcas junctâ Tartarorum operâ debellandi prorſus evanuit.

## §. II.

## Perſiæ Regnum.

*1. Quæ Perſiæ fata poſt collapſam Monarchiam?*

Dario Codomanno è vivis ſublato, Alexander M. perexiguo tempore Imperii Perſici gubernacula tenuit. Succeſſores porrò uſque ad annum reparatæ ſalutis 229. de dominatu identidem inter ſe concertârunt, ut adeò à tempore illo de ſubſequentium Perſiæ Regum ſerie nihil certi ac definiti habeamus. Anno 229. regnare cœpit Artaxerxes, cui ſucceſsêre ad annum uſque 630. Reges duodetriginta. Ex horum numero Sapor erat & Ilsdegertes Chriſtianorum uterque vexator, exagitatórque crudeliſſimus.

*2. Quinam ab Anno 630. ad Annum 1514. in Perſia regnârunt?*

Oppidò diverſi, quos inter & Turcæ ex Tartaria profecti, & poſt hos aliquamdiu Mongolici Imperii Monarchæ. Anno 1514. nova Perſiæ Regum, *Sophy* vel *Schach* dictorum ſeries imperare cœpit, Tandem pulſo demortui Schach Solimanni filio, perduellis ille Miriweyſs, hócque defuncto, Soldanus Eſchreff Perſiæ ſceptrum ſibi adhuc vindicavit; tametſi Perſarum non pauci Sophy illius partes etiamnum ſequantur.

3. Cui

3. *Quis Perſarum Genius?*

Jurati ſunt Turcarum hoſtes: ac licèt impii Mahometis erroribus & ipſi adhæreant; multis tamen capitibus, uti & linguâ ipsâ inter ſe diſcrepant. Regio illorum fertiliſſima, præter arborum fructus pretioſiſſimos, abundat præcipuè ſericô & goſſipiô, quorum copiam ingentem quotannis aliò exportare ac divendere ſolent.

## §. III.

## De India.

1. *Quid de priſcis Indiarum monumentis memoriæ proditum eſt?*

Nugis pleraque & fabulis ſunt referta: quippe majores noſtri vel uſque eò non penetrârunt; vel ſi qui fortè illuc excurrerunt, ſoli felicitate ubertatéque illecti, de reditu haud ampliùs cogitârunt; ſed ſtabilem ibidem fixêre ſedem. Rex quidem Alexander M. cum ſuo illuc exercitu appulit, Regémque Porum, fortitudinis laude celebratiſſimum, devicit; ſed importunis militum querelis compulſus eſt reditum maturare.

2. *Quid de rebus Indiæ recentioribus compertum habemus?*

Vaſcus Gamma Luſitanus ſub annum 1490. in

in Indiam ſolvens, regiones illas, rerum omnium affluentiâ refertiſſimas, detexit; ubi confeſtim Luſitani mercaturam facere, nec uno in loco ſedem figere perrexerunt, qui & Goam, Indiæ caput, hodiéque poſſident. His tamen emporia plura & celeberrima eripuêre Batavi, augendis opibus unicè intenti: quem in finem ad oram præcipuè maritimam arces munitiſſimas excitârunt.

### 3. *Quinam in India rerum potiuntur?*

Dividitur hæc in tres partes præcipuas, quarum prima continentem ſeu Indiam maritimam, ubi ampliſſimum magni Mogolis Imperium, ſecunda & tertia duas peninſulas prægrandes, unam cis, alteram trans Gangem complectitur. Utrinque Reges ac Principes diverſi dominantur, Mahometanis aut ethnicis erroribus impliciti. Magnus nihilominus Neophytorum eſt numerus, quos Europæi Sacerdotes illuc miſſi veræ Religionis dogmatis imbuendos curârunt, è quibus ſolus S. Franciſcus Xaverius ultra decies centena millia ſacri baptismatis fonte manu ſua abluit. At enim hiſce Eccleſiæ novalibus, tanta animarum meſſe exuberantibus, magnam poſtea vaſtitatem intulêre Batavi & Angli, magis de lucello temporario, quàm de tot millium animarum pretioſiſſimo Chriſti ſanguine emptarum, ſalute ſoliciti.

4. *Quid*

1. *Quid de magno Mogole memorandum?*

Monarcha hic Indiæ totius potentiſſimus, eoque opes & copias ingentes orbis propè univerſi ditiſſimus eſſe perhibetur. Regna duodequadraginta in ſua tenet ditione. Gemmarum pretioſiſſimarum copia illi tanta, ut ob harum & numerum & pretium vel ſolus ejus thronus regius 160. millionibus, theſaurus verò univerſus 1500. millionibus æſtimetur.

2. *Quanam è Regione Mogolenſes in Indias transmigrârunt?*

Anno 1401. è vicina Tartaria illuc appulêre magni Tamerlanis ductu. Hic Bajazetem, in acie captum, aureæque incluſum caveæ tamdiu ſecum in triumpho circumduxit, donec is impactum cratibus caput præ indignatione ſibi eliſit.

## §. IV.

## De Tartaria.

Tartaria bifariam dividitur 1. in Europæam ſive minorem. 2. In majorem, ſive Aſiaticam.

1. *Quid de Tartaria minore compertum habemus?*

Sita hæc eſt intrà Europæ limites, Cher-

ſoneſus Taurica à Romanis appellata. Inco-
læ ſub Turcico ùt plurimùm Imperatore me-
rent ſtipendia, crebríſque excurſionibus Po-
lonos & Ruſſos infeſtant. Sunt bellicoſi: e-
quis utuntur parvis ac macilentis, quorum ma-
jorem longè curam gerunt, quàm ſui ipſorum:
Unde proverbii locum apud illos obtinuit
Tartaro potiùs capitis ſui, quàm equi jactu-
ram eſſe faciendam. Equis vehuntur ea cele-
ritate, ut nec fugientes quis aſſequi poſſit, nec
hærentes in tergis victores, niſi ægrè admo-
dum, effugere. Equitando maxima quæque
flumina trajiciunt. Supellectilem univerſam
quisque ſecum deferre conſuevit: in ſacco ci-
baria, in utre potum devehunt: ex eadem pa-
na lignea & equus pabulum, & eques cib-
ſumit. Ephippio ſubſternunt ſtragulam,
noctu incubant. Ephippium ipſum cervi-
lis, pallium verò tentorii locò eſt, ſub q-
ſomnum capiunt. Carne & caſeo poti-
mùm victitant Tartari; nam panem, herb-
& olera beſtiarum victum eſſe dictitant. S-
pe carnem crudam ſubdunt Ephippio, don-
calore illo maceretur nonnihil, gulæ mox ſe-
vitura. Si quis nobilium Tartatorum epul-
ſolemnius hoſpitibus apparat, mulus equi-
in maximis deliciis habetur. Sitim non-
vaccino aut equino lacte levant, quam f-
integrum etiam diem antè toleraturi ſu-

qu-

quàm aquam deguſtent. Tartaria hæc deſertis undique locis cingitur; cùm nemo non eſſe velit quàm remotiſſimus ab his harpyis. Sunt Tartari facie deformi, oculis reductis, ſubſimis naribus &c.

2. *Quæ majoris Tartariæ facies?*

Regio hæc vaſtiſſima partem potiorem nobis incognita eſt. Ex ea Tartariæ parte, quam Cathayam vocant, vicinóque è Regno Nincki anno 1630. Tartari, facta in Sinam irruptione, ibidem conſedêre. Hac ipſa è regione olim Turcas aliò commigrâſſe ſuprà meminimus. Magnus Tartarorum Chamus in ſumma apud ſuos veneratione eſt, dicitúrque filius, anima & umbra DEI. Quando vitâ defungitur, ad decem hominum millia trucidantur, futuri in altera vita, uti Tartari ſibi perſuadent, magni Chami Satellites ac Prætoriani.

## §. V.

## Regnum Sinenſe.

1. *Quid priſca Sinenſium monumenta de regno hoc memorant?*

In confeſſo eſt, in nullo orbis regno ſuccedentium ſibi Regum ſeriem tam accuratè fuiſſe deſcriptam atque in Sina; nam uti

gentis

gentis Sinicæ faſti memorant, Foh Yus & poſt hunc Yaus ducentis à diluvio annis viro etiamnum Noëmo, Monarchiam Sinicam fun- dârunt, uniúsque Numinis cultum propaga- runt. Quem in finem pecora quædam ali- bant, cœli terræque Domino immolanda. Du- os hoſce Monarchas exinde ſecutus eſt Chuen. Hi, qui ad divinum cultum conſervandum vi- ros doctiſſimos (Mandarinos vocant) conſti- tuit. Eadem cura fuit Imperatorum proxi- mè ſuccedentium, quoad prævalente ido- rum cultu, notitia veri Numinis obſcurata fuit. Geminæ porrò periodi hic præcipuè notatione dignæ ſunt. Prima Anno 1280 quo Tartari Occidentales in Sïnam penetra- runt, annósque nonaginta ibidem ſumma cum poteſtate præerant. Altera anno 1642. quan- do Tartari Orientales universô potiti reg- ſtabilem inibi ſedem fixerunt; ità tamen, u- de priſtina regiminis forma nihil admodum immutarent. Hodiernus Sinenſium Monar- cha Yum-Chim inter Imperatores Sinicos ducenteſimus quadrageſimus tertius, in- Tartaros verò Orientales tertius.

## 2. *Quis Regni hujus Status?*

Vaſtiſſimum Sinarum Imperium in qui- decim Provincias ſive præfecturas majores viditur. Urbes tormentis muralibus, m-

bus, munimentis inſtructiſſimæ ampliùs mil- numerantur. Reliquarum urbium, quarum cræque duas, tres quatuórve leucas circui- complectuntur, uti & arcium, oppidorum gorúmque tantus eſt numerus, ut Sina uni- ſa una quodammodo urbs videri poſſit. perator Xihoam ad cohibendas Tartarorum ptiones annis ante Chriſtum natum am- ; ducentis murum illum ingentem per cas ferè quingentas excitandum curavit, itis turribus, foſſis, aliiſque operibus, ubi us ab hoſte major.

3. *Quæ Regni adminiſtrandi ratio?*

Longè optima; ſumma enim Imperatoris & giſtratuum reverentia & auctoritas, ſumma uli concordia: leges ſapientiſſimæ. Nulla ina nobilitas hæreditaria; ſed tantò quis- e nobilior eſt, quantò doctior. Ad munus dcunque demum nec ſanguinis prærogati- nec largitionibus, nec gratiâ, nec patro- is, ſed virtute duntaxat & doctrinâ gradus nitur. Juventus, quæ otio fermè marce- , continua occupatione avocatur à vitiis, que habet reſpirandi ſpatium, nedum cu- itatibus indulgendi.

4. *Quis*

*4. Quis religionem Orthodoxam in Sinas invexit?*

Societas JESU annis ampliùs quadragin- nihil inauſum, intentatúmque reliquit, ut gen- tem aliàs cultiſſimam veri Numinis notitiâ im- bueret. Igitur magnô Indiarum Apoſto- Xaveriô in tanti operis molitione ac velut p- cinctu ad cœleſtia præmia evocatô, mira eſt, quot quantiſque laboribus, induſtri- vitæ periculis graviſſimis, innumeriſque d- cultatum propè inſuperabilium obſtaculis p- ruptis, in Regnum hoc vaſtiſſimum, à ducen- tis facilè hominum millionibus frequentatum viam tandem & aditum ſibi aperuerit. Neq- verò tanti tótque annorum labores in irritum cecidêre; quippe ultra duodecim quà adult- rum, quà parvulorum millia æternæ ſal- fonte quotannis initiata fuiſſe conſtat. F- vebant piis hiſce conatibus cùm anteceſſores tum præcipuè Imperator Cham-Hi, an. 172- morte ſublatus, quo regnante ampliùs ducen- ta Chriſtianorum millia inSinis numerabantur At Imperator hodiernus legem Chriſtianam pariter & illius Magiſtros averſari, & inſect- non ceſſat.

*5. Quæ Sinenſium indoles?*

Sunt arrogantes, & ab exterorum conv- ſatione ac commercio alieni. Cæremoniaru-

c modus nec ſinis eſt, quando vel ad Manda-orum quempiam inviſendum pergunt. Ma-tmaticas diſciplinas præ reliquis æſtimant; que aliarum artium ignari ſunt & inexperti, pote ad quas excolendas nec ingenium iis, c induſtria deeſt. Interiora ædium, quæ tra unam contignationem non aſſurgunt, culiari liquore obducta nitent. Fœminis l pedem domo efferre probro ducitur. Lin-a Sinica commune nîl habet cum aliis orbe rquo uſitatis; captúque tam eſt difficilis, vix doctorem unum reperias, qui dimidiam aracterum Sinenſium, quorum ampliùs o-ginta millia recenſentur, calleat. Unde iraculi inſtar habetur, quòd Euangelii apud nas præcones tam exiguo tempore loqui pa-er & ſcribere condiſcant.

## §. VI.

## Japonia.

*Quid de Japonum rebus geſtis exploratum habemus?*

Ad annum uſque 1549. nîl aliud nobis in-tuit, quàm Japones antiquiſſimis tempori-s è Regno Sinenſi in Inſulas haſce commi-aſſe; hinc illis hodiéque non pauca cum nenſibus communia. Anno porrò, quem dixi,

dixi, 1549 Luſitani illuc appulêre, cúmque his magnus Indiarum Apoſtolus Franciſcus Xaverius, qui omnium primus Chriſti fidem cum fructu longè uberrimo ibidem promulgavit. Imperium Japonenſe ſexaginta ſex regna minora complectitur. Japonum Monarchæ potentes æquè ſunt ac feroces, magnaque opes colligunt ex auri & argenti fodinis

## 2. *Quo ibidem ſucceſſu Religio Chriſtiana propagata eſt?*

Ab Anno potiſſimùm 1613. uſque ad 16.. Chriſtianorum numerus tantoperè eſt auctus, ut horum ampliùs quadringenta millia cen... rentur. Verùm hæc ipſa Neophytorum incrementa bilem dudum commoverant Dai... ſamæ, Japonum Imperatori, cui novos stimulos addidit Batavorum navarchus. Docebat hic Imperatorem, Patres Societatis non alium in finem advectos fuiſſe in Japoniam, quàm ut ſimulatione pietatis regnum turbent, avertant populos à Principum obſequio, & ad ſubeundum Hiſpanæ dominationis jugum perducant. Hanc ob cauſam à plerisque Germaniæ Principibus, ab Ordinibus Fœderatis Batavorum, & ab Anglis tanquam publicæ pacis turbatores expulſos fuiſſe. Religionem porrò, quam docerent, non eſſe veram illam & ſinceram Chriſti legem, ſed variis ſuperſti...

nibus & coměntis adulteratam. His at-
nitus Imperator in Chriſtianos tanta mox
manitate debacchari cœpit, ut nec Nero-
s & Diocletiani atrociùs in eoſdem anim-
verterint. Intereà Batavi omne cum Ja-
nibus commercium ſibi ſolis vendicârunt, eô
pietatis progreſſi, ut, cùm aditus in Japo-
n Europæis aliter haud ampliùs pateret.
calcatam ſacrilegis pedibus Crucis Chri-
effigiem illuc pergere non dubitârint.

### 3. *Quæ Japonum indoles?*

ne multis, iiſque peculiaribus utuntur riti-
, ab Europeorum uſu & conſvetudine o-
ino alienis. Caput nunquam obtegunt,
bam promittunt, Radunt comam plebeii
idiam, nobiliores totam; relicto in occipi-
irro, quem oblongæ tæniæ inſtar in hu-
ros rejiciunt. Veſtis illorum manicata,
fluit ad genua uſque, quam nobiles auro,
gento, gemmiſque pretioſiſſimis diſtinguunt.
pones ſalutaturi quempiam, vel honorem
aturi, calceum vel crepidam exuunt. Ho-
em ad ſe fortè inviſentem ſedentes, exci-
unt. Color nigricans lætitiæ; candidus
trà triſtitiæ illis ſignum eſt. Dentes car-
one nigriores arte reddunt. Medicamentis
ntur crudis, acribus, multóque ſale con-
is. Sanguinem nunquam mittunt. Muſi-

cus noſter concentus illis perinde, atque illorum nobis deſipit. Acinaces geminos è latere ſuſpendunt. Cæterùm Japones Chriſtiani, præcipuè verò Martyres, tot tantáq; virtutum planè heroicarum edidêre ſpecimina, quanta vix univerſa recenſet Hiſtoria Eccleſiaſtica.

# CAPUT II.

## *De Regnis Africanis, & Americanis.*

### §. I.
### De Africa.

*1. In quas præcipuè partes Africa dividitur?*

In tres primarias. Prima complectitur Regiones Africanorum ſubalbicantium, nempe Barbariam, Ægyptum, Biledulgerid & Zaaram. Altera nigricantium, nempe Nigritaniam, Nubiam, & Guineam. Tertia Abiſſinam ſuperiorem & inferiorem, ſive Æthiopiam. Nos Africam dividemus generatim in Borealem, & Auſtralem.

*2. Quid De Africa Boreali ſummatim dicendum?*

Complectitur hæc Barbariam, Ægyptum, Biledulgerid, Zaaram, Nigritaniam & Guineam. Ægypto olim peculiares præerant Reges: Barbaria hodierna, quondam Africa

nor dicta, Charthaginēſibus primùm, dein Romanis ſubjecta erat. Seculo V. Africam ab Imperio Romano avellebant Vandali; qui tamen à Beliſario Cæſaris Juſtiniani Archiſtratego coacti iterum ſunt ſolum vertere, poſtquam Reges ſeni ibidem centum & ampliùs annis regnaverant. Seculo VII. Saraceni in Africa minore & Ægypto conſedêre. Hodie Barbaria ad Maris Mediterranei oram procurrens, tres complectitur Reſpublicas, Tripolitanam, tunetanam, & Algerianam, omnes Turcis vectigales. Regnum Marochii & Fezzæ ad Oceanum protenditur. Has Africæ Regiones altero ſtatim à Chriſto naſcente Seculo veræ fidei lumen ità colluſtravit, ut brevi temporis ſpatio incolæ omnes Chriſto nomen darent. In ſola Eccleſia Africana ante Vandalorum irruptionem Epiſcopi ampliùs ſexcenti numerabantur. At enim tam copioſa fidei lux per Vandalos Arianos primùm, dein per Saracenos Mahometanos penitùs extincta eſt. Tertullianus Doctorum Eccleſiæ antiquiſſimus, Sancti itèm Auguſtinus, Cyprianus, Fulgentius, pluréſque alii ex Africa oriundi, Sacris iidem præerant, dum ager ille Africanus pulcherrimè effloreſcebat.

*Quid de Africa Auſtrali memorandum?*

In Abaſſia ſive ſuperiore Æthiopiæ parte

